



№ 69.

1037.

№ 124<sup>a</sup>






# TRACTATIO DE MILIARIUM

ORIGINE, PROGRESSU,  
NATURA, ET CURATIONE,

AUCTORE  
CAROLO ALLIONIO,

*Phil. & Med. Doct. Taurinensi Societ. Reg.  
Londin. Instit. Scienti. Bonon. Acad. Reg.  
Madrit., & Societ. Physico-Botan. Florent.  
Socio, nec non Societ. Reg. Monspel., &  
Gotting. Correspondenti.*



---

EDITIO NOVA EMENDATIO.

---

JENÆ & LIPSIAE  
APUT IO. CHRISTIANUM FISCHERUM, 1772.



TRACTATUS  
DE  
MILIARIUM  
ORIGINE, PROGRESSU  
NATURA, ET CURATIONE  
CELSUS

de Medicina Lib. III. Cap. 1.

*Oportet itaque, ubi aliquid non re-  
spondet, non tanti putare aucto-  
rem, quanti agrum, & experiri  
aliud atque aliud.*

EDITIO NOVA EMENDATA

JANUS & FIRSI

ABUT. IO. CHRISTIANUM FUCHSNUM 1777

VIRO

EXPERIENTISSIMO

JOANNI CHRISTIANO  
HEBENSTREIT.

Artis salutaris Doctore celeberrimo

Solida doctrina rerumque usu excellenti  
fide ac religione præfulgenti

Quem olim cum maximis Batavorum Side-  
ribus de GORTER fovit *Petropolis*

quem nunc *Lipsia* præfulgens Saxoniae ocellus  
respicit ac veneratur

quem tot exteri, qui eius ope e morbis  
& e morte sunt erepti, pristinaeque re-

stituti sanitati, mirificis prædicant

elogiis, & venerantur

JOANNES CHRISTIANUS FISCHERUS

editor

auxilio & cura huius Medici excellentissimi  
a gravissimo morbo liberatus & e  
morte quasi ad vitam revo-  
catus.

Hoc paucarum quidem pagellarum, sed ex-  
asciatum ALLIONII opusculum  
grati & observantis animi  
caussa offert,  
dicat atque consecrat,



BENE-



# BENEVOLO LECTORI

CAROLUS ALLIONIUS.


**O**PUSCULUM hic habes, B. L., quo  
Tractatio continetur agritudinis,  
quæ crebro his temporibus incidit,  
& nobis maxime infensa est. Tractatio-  
nis initium duco ab historia progressus,  
quem a prima sua origine ad hæc usque tem-  
pora morbus habuit, varias ejusdem vicif-  
situdines, & progrediendi rationem enar-  
rans. Ea licet plurimum negotii mihi fa-  
cesserit, valde manca tamen fortasse tibi  
videbitur. At veniam te mihi facile datu-  
rum fore confido propter magnam historia  
conficienda difficultatem, quæ non modo  
Auctorum commendarios innumeros, sed &  
vetustas notitias ex multis, & diffitis regio-  
nibus

nibus exoptulabat. Mibi præterea persuadeo nullum exinde vitium cessurum huic operi, cum instituti mei ratio plenior, & magis perquisitam chronologicam morbi narrationem requirere non videatur. Morbi progressus historia confecta ordinatim, & quantum licuit accurate, ac præcise ex propria observatione ea trado, quibus apud nos morbi cognitio, natura, & curandi ratio constituitur. Universum autem opus geometrico, simplici que stylo conscripsi non sine labore, & molestia, inutiles verborum repetitiones perosus, tuique commodo studens. Quantam itaque potui, operam omnem contuli, ut hoc opusculum in Patriæ utilitatem conscriptum absolutionem aliquam obtineret: id unum a te, B. L., nunc peto in laborum premium, ut velis meos conatus probare, & hanc lucubrationem æqui bonique facere.



CON





Caput Quintum.

Diagnofis morbi fimplicis §. 95.

Caput Sextum.

Diagnofis morbi complicati

*Generatim* §. 97.

*Cum arthritide, & podagra* §. 98.

*Cum peripneumonia* §. 99.

*Cum aliis miasmatis*

*Generatim* §. 104.

*um febre putrida* §. 105.

*Cum febribus intermittenti-*  
*bus* §. 106.

*Cum peticulis* §. 108.

*Cum Variolis* §. 110.

*Cum morbillis* §. 212.

*Cum puerperio* §. 113.

Caput Septimum.

Prognofis §. 115.


Caput Octavum.

Extifpicia §. 137.

Caput Nonum.

Miliarium a nonnullis aliis exanthe-  
matis difcrimen §. 139.

Caput



*Caput Decimum.*

Remediorum evendus in morbo non  
complicato §. 141.

*Caput Undecimum.*

Num ante Lipsiæ epocham visa sit  
miliaris febris §. 153.

*Caput Duodecimum.*

Miasmatis miliarium proprietates-- §. 164.

*Caput Decimumtertium.*

Miasmatis natura §. 174.

*Caput Decimumquartum.*

In morbi naturam, & præcipua phæ-  
nomena inquiritur §. 175.

*Caput Decimumquintum.*


Curatio morbi simplicissimi  
Ante expulsionem §. 186.  
Post expulsionem §. 192.

*Caput Decimumsextum.*

Curatio morbi simplicis §. 201.

*Caput Decimumseptimum.*

Curatio morbi complicati  
Gene-



<i>Generatim</i>	§. 204.
<i>Cum arthritide, &amp; podagra</i>	§. 205.
<i>Cum peripneumonia</i>	§. 206.
<i>Cum febre putrida</i>	§. 209.
<i>Cum febris intermittenti-</i> <i>bus</i>	§. 210.
<i>Cum peticulis</i>	§. 213.
<i>Cum variolis</i>	§. 217.
<i>Cum morbillis</i>	§. 219.
<i>Cum puerperio</i>	§. 220.

*Caput Decimuoctavum.*

*Animadversiones, & cautela clinica*

<i>De praesidiis chirurgicis</i>	§. 221.
<i>De medicamentis nonnullis</i>	§. 228.
<i>De regimine egrorum</i>	§. 232.

*Caput Decimumnonum.*

*Curatio morborum succedentium* §. 237.

*Caput Vigesimo.*

*Prophylaxis* §. 244.



MILIA-



# MILIARIUM

## ORIGO, ET PROGRESSUS.

### CAPUT PRIMUM.


I.



MISERATUS est jamdudum Ca-  
jus Plinius Secundus lugen-  
dam hominum conditio-  
nem, quibus non modo cer-  
ta, sed & nova incumbunt  
mala, seu in ipsa regione ex peculiaribus  
causis producta, sive ab exteris gentibus  
communicata, cum doleret elephantiasis,  
& carbunculi novissime Romanam gentem  
afficientis calamitatem. *Parum enim  
erant, inquit, homini (a) certa morborum  
gene-*

(a) Lib. XXVI. cap. I.

A



genera, cum supra CCC. essent, nisi etiam nova timerentur? Elephantiasis quidem nostris exolevit temporibus; verum nihilo melior nostra conditio est, quoniam plures alia deinceps advenerunt ægritudines, quas veteres aut minime, aut perraro persenserunt.

2. Variolarum feminium dederunt olim Saraceni. Luem veneream novus orbis communicavit. Anno 1475. in Anglia visa est (b) nova pestis species, sudoris Anglici nomine notissima. Italiam vero tanquam novus (c) morbus ex Cypro delatus ingressæ peticulæ sunt anno 1505. (d). Scorbuti veteribus fere ignoti fama, & frequentia percrebuit ab anno 1534. (e). Medio fere labente sæculo decimo sexto (f) in Britannia novus (g) apparuit morbus, cui

(b) *Cajus de ephemera Britannica.*

(c) A veteribus jam observatum, & a Jacobo a partibus in Gallia jam adnotatum hunc morbum antea fuisse ostendit eruditus Tilingius in *Tractatu curioso de febribus potechialibus. V. proæmium.*

(d) *Hieron. Fracast. de morb. contag. lib. II. cap. VI.*


(e) *Lind. Traité du scorbut. a Paris 1756. tom. 2. pag. 244.*

(f) *Boerh. aph. 1480.*

(g) *Petrus Buchner in disput. de Arthritide Argentorati 1754. impressa §. XXI.*







fus hic morbus (m) temporis successu nemi-  
 ni pepercit ita, ut pueros cum juvenibus,  
 adultos cum senibus, viros cum fœminis  
 indiscriminatim aggrederetur (n), aliis et-  
 iam se se jungens morbis (o). Aliquan-  
 diu constitit in Agro Lipsiensi, quasi illa-  
 rum gentium proprius, & peculiaris mor-  
 bus; postea demum ad alias regiones se se  
 extendit, universa non solum Germania,  
 sed & aliis etiam quam diffitis nationibus  
 pedetentim simili labe infectis.

4. Augustæ Vindelicorum anno 1660.  
 conjugem primiparam hæc febris corri-  
 puit (p), quæ sequentibus annis, & alias  
 puerperas invasit (q). Anno interim 1696.,  
 post-

(m) Godofredi Welschii  
*historia Medica novumpu-  
 erperarum mortum conti-  
 nens disputatio die 20.  
 Aprilis 1655. V. cap III.  
 §. XXIII.*

(n) *Christ. Langius l. c.*

(o) *Christ. Langius (tom.  
 III. p. 351.)* febrem epi-  
 demicam petechialem nar-  
 rans sæpe, funesto exitu,  
 purpuræ albæ exanthe-  
 mata petechiis supervenisse  
 memorat.

(p) *Georgii Hieronymi  
 Velschii curationum propria-  
 rum, & consiliorum medico-  
 rum Decades X. opus post  
 humum Aug. Vindelic. 1680.  
 p. 14.* ibi Auctor febris  
 coccineæ nomine Lipsien-  
 sem febrem describit.

(q) *V. in app. ad miscel-  
 lanea curiosa Dec. I. ann. 4.  
 & 5 Georgii Hieronymi  
 Velschii miscromemata, seu  
 miscellaneorum medicinali-  
 um centuriæ tres cent. III.*

n. 75.

— — — — —

postquam minime lethales (*r*) purpuræ va-  
 gatæ essent Augustæ Vindelicorum (*s*), pro-  
 xime sequenti anno (*t*) in viro quadrage-  
 nario febre petechiali, quæ pleuritidem  
 primo mentita fuit, detento, & in virgine  
 simplici petechiali febre afflicta, præter pe-  
 ticulas, aqueas pustulas animadvertit Lucas  
 Schroekius. Diligenti huic observatori  
 hujuscemodi aqueæ pustulæ non occurrere  
 anno 1698. (*u*). Verum insequentibus an-  
 nis 1699. 1701. &c. sæpius peticulis eo  
 tempore grassantibus aquosæ miliaris pu-  
 stulæ supervenerunt (*x*).

5. Bavariæ Medicis anno 1666., cum va-  
 garentur eo tempore mali moris febres, hu-  
 jusmodi miliaris pustulæ primum occurre-

A 3 runt

n. 75. Febres puerperarum  
 curari monet Bezoarticus,  
 & Diaphoreticis. Georgi-  
 us vero Hieronymus Vel-  
 schius mortuus est anno  
 1677., uti apparet ex mor-  
 tuorum indice *Act. cur.*  
*vol. I. inserto.*

(*r*) Purpuræ illæ mini-  
 me referendæ videntur ad  
 miliarem morbum.


(*s*) *Append. ad decad.*  
*III. an. 3. & 4. Luca Schroe-*

*kii Constitutio epidemica Au-*  
*gustana anni 1696.*

(*t*) *Append. ad dec. III.*  
*an. 5. & 6. Constitutio epi-*  
*demica Augustana anni*  
*1697.*

(*u*) *Constitutio epidemica*  
*Augustana anni 1698.*

(*x*) *Append. ad dec. III.*  
*an. 9. & 10. Constitutio*  
*epidemica Augustana anni*  
*1699. & 1701. 1702.*  
*&c.*



runt (y). Hamburgi etiam jam ante annum 1675. luem hanc passus est Johannes Daniel major (z). Post annum vero 1680. potissimum morbus se se diffudit, & brevi annorum curriculo pleræque Germaniæ regiones de truculenta, & sæva hac ægritudine conquestræ sunt.

6. Wendingenses anno 1689. mense Novembris malignæ peticulares febres afficiebant, iisque malo omnino exitu albæ miliaris pustulæ aliquando adjugebantur (a). Eadem vero epidemia cum Donawerdam etiam similiter vexaret, hujusmodi miliarum efflorescentiam petechiis junctam adnotavit idem *Lentilius* (b) cujus observationi

(y) *Act. curios. app. ad partita. Ulmæ 1698. 4.*  
*vol. 6. p. 43. Grunwald Jo-*  
*sephi historia febris miliaris*  
*ann. 1733. 1734. in celsis-*  
*simo alpium apenninarum*  
*jugo epidemice grassantis.*  
 refert (pag. 115) exem-  
 plum mulieris cujusdam  
 hoc morbo crepta, cui  
 magna copia miliarium  
 pustularum in thorace post  
 peticulas effloruit.

(z) *V. Fabii Columnæ*  
*opusculum de purpura cum*  
*adnotationibus Johannis Da-*  
*nielis majoris Kiliæ anno*  
*1675. impressum p. 10.*  
 (b) *Miscellan. nat. cur.*  
*Dec. III. an. 5. & 6. app.*  
*p. 132. Rosini Lentilii pa-*  
*rallelismus ad observationes*  
*in ann. III. Dec. I. Eph.*

(a) *Rosini Lentilii Mis-*  
*cellanea medico-practica tri-*  
*cur. contentas.*



tioni (c) innixus eruo Stuttgartiæ (d) anno 1696. (e) circiter etiam hunc morbum apparuisse.

7. Peripneumonia Philippoburgi epidemice grassante anno 1689. (f) *Conradus Brunnerus* nunquam antea visa hujuscemodi miliaria exanthemata primum animadvertit (g), eademque postmodum in duabus nobilibus fœminis, exeunte sæculo, Duffeldorpii observavit (h). Norimbergenses referente Lochnero (i) etiam ante exitum proximi sæculi luem hanc receperunt; puerperæ primum nobiles correptæ fuerunt, dein & aliæ, ac etiam viri. Jenam

anno

(c) *L. c. quod nuper*, inquit ibi, in duobus juvenibus notavi.

(d) *Rosinus Lentilius* Archiater Ducis Wurtenbergensis, & Protomedicus Stuttgartiensis Stuttgartiæ vixit.

(e) Conjiçio anno circiter 1696. habitam fuisse observationem, cum memoratus *Tomus Acad. nat. cur.* referat observationes anni 1697. 1715. communicatas, & *Lentili-*

*us* recenter habitam fuisse illam moneat observationem.

(f) *V. memoriam Brunnerianam* p. 8. app. vol. 4. *At. nat. curios.*

(g) *Scholion ad observ. CCVI ann. vii. & viii. Dec. III. Eph. nat. cur.*

(h) *Observ. CCVI. de febri maligna miliari ann. vii. & viii. Dec. III. Eph. nat. cur.*

(i) *Mungos animalculum, & radix descripta. Norimbergæ 1705, & iterum*

anno 1690. (k), & Erfurtum (l) ineunte  
præsenti sæculo morbum jam habuisse col-  
ligo ex Wedelio, & Eyselio.

8. Saxonibus proximos Berolinenses pri-  
mum adortus est miliaris morbus anno  
1694. Januario, Febuario, & Martio va-  
gabatur (m) malæ indolis febres cum va-  
rii generis exanthematis, quæ junio mense  
pleuritides, & peripneumonias referebant,  
miliarium exanthematum quodam genere,  
& periculis insequentibus. Anni etiam  
1701. tertium trimestre (n) tulit malignas  
febres cum exanthematis miliaribus. Post  
annum vero 1706. cum Saxonica terræ  
Brandenburgicis additæ fuissent, & Saxones  
fœminæ Berolinensibus nuptæ, maximeque  
post Suecorum in Saxoniam irruptionem  
(anno nempe 1706.) quæ plures familias Sa-  
xones se se Berolinum recipere coegit, Be-  
rolini

rum 1715. in app. ad cent.  
III. § 4 Eph. nat. cur.

(k) Georgii Wolfangi  
Wedelii Dissertatio inaugu-  
ralis medica de purpurapu-  
perarum 1690.

(l) Joh. Philippi Eyselii  
Dissertatio inauguralis me-  
dica de febre purpurata  
Erfurti anno 1702.

(m) Gustavi Casimiri  
Gabrielii Constitutio epide-  
mica Berolinensis anni 1694.

(p. 94) in app. ad Dec.  
III. ann. 7. Eph. nat. cur.

(n) Gustavi Casimiri Gab-  
rielii Constitutio epidemica Be-  
rolinensis anni 1701. ap-  
pend. ad Cent. I. § II.

rolini frequens hic morbus factus est (o) ita, ut proxime sequentibus annis extra Civitatem etiam vagaretur (p).

9. Goslariæ cives ab anno decimo hujus sæculi morbum hunc recepisse Conradus Trumphius (q) testatur. Vittembergensi in Ducatu multo ante annum 1728. (r) miliarem febrem jam familiarem extitisse ex *Vatero* eruitur. In Wurtembergia autem, & in primis Tubingæ anno circiter hujus sæculi decimo octavo morbum hunc in nobili Saxone primum (s) fuisse observatum refert *Gmelinus* (t).

10. Francofurtenses ad mœnum Medici  
diræ

(o) *Acta Medicorum Berolinensium* Dec. I. vol. 2 p. I.

(p) *Acta Medicorum Berolinensium*.

(q) *Observationes pathologico practicae de purpura per annos 1737. 1738. In confiniis Goslariæ epidemice grassante* V. app. ad vol. 6. *Act. nat. curios.*

(r) *Abrahami Vateri Disseratio inauguralis medica, qua casus singularis Asthmatis ex febre purpurata re-*

portati Sc. *Vitembærgæ* 1730.

(s) Sed jam ab anno 1700. in muliere quadam febre mali moris correpta, decima morbi die apparentes miliares vesiculas observavit *Rudolphus Jacobus Camerarius* V. ejusdem *Schediasma ad historiam anni 1699. § 1700. in app. ad Dec. III. ann. 7. Eph. nat. cur.*

(t) *Johannis Georgii Gmelini disputatio de febre miliari. Tubingæ 1752.*



diræ hujusce febris primam tyrannidem anno 1723. persenserunt (u). Uratislaviæ anno 1700. (x) epidemice regnavit purpura alba minime maligna, sed anno 1715., cum febres ex genere peticularium frequentes essent, peticulas consequabantur cum sævis omnino symptomatis miliaria exanthemata (y). Quæ postea febris catarrhalis anno 1737. Uratislaviam (z) non modo, sed plura Silesiæ loca vexavit, in aliquibus peticularum, in aliis purpuræ albæ, aut rubræ eruptionem sæpe comitem habuit. Pragæ, & in multis Bohemiæ locis ab anno præter propter hujus sæculi trigesimo quinto (a) funestam miliarem febrem esse prodidit *Jacobus Smith*.

## II. Vin-

(u) *V. Hoffmannum Med.* 1715. epidemice grassantes  
*sistem p. I. p. (mih) 222.* Eph. nat. cur. cent. v. obs.  
 ubi invenies consilium, LXIII.

quod Medici Francofur- (z) *Tobias Ferdinandi*  
 tenses ad Hoffmannum *Pauli historia febris catar-*  
 miserunt, & ejus respon- *rhalis malignæ anno 1737.*  
 sum. *Uratislaviæ, & in compluri-*  
 (x) *Constitutio epidemica bus Silesiæ locis epidemice*  
*Uratislaviensis anni 1700.* grassantis *Act. nat. cur.*  
 p. 334. *vol. 6. obs. LXVI.*

(y) *Godofredi Klaunig (a) Jacobi Smith differ-*  
*Uratislaviensis observata tatio inauguralis de febre*  
*circa febres malignas pete- miliarari. Veteropragæ 1740.*  
*chiales Uratislaviæ anno*



II. Vindobonæ anno 1729. (b) purpura alba in puerperis primum (c) apparuit, quæ sequenti anno, & masculos (d) corripuit. Labaci in Carniola anno 1714. *Marcus Gerbezius* (e) mercatori vehementi febre detento minutas, & funestas vesiculas aqua referas in universo corpore effloruisse scribit, & mala hæc exanthemata sequenti anno 1715. frequentiora extitisse (f).

12. Mariaburgi, & Gedani febris pestilens magnam hominum stragem fecerat anno 1709. quæ post anni 1710. initium omnino conquieverat. Eo anno cum Rex Poloniae (g) Mariaburgum petiisset, aulici pestem contraxerunt, qua correpti, si purpuræ exanthemata apparerent, viginti quatuor

(b) *Caroli Frider. Loeuv. Eph. nat. cur. cent. v. obs. LXXVIII.*

febris catarrhalis, quæ anno 1729. per Europam epidemice grassata est. *Att. nat. cur. vol. 3. app.*

(c) Anno 1684. post obsidionem Viennensem a Turcis illatam febres malignæ exortæ sunt cum pustulis, & pustulis, de quibus num de genere miliarium essent, decernere non licet. *V. Andreae Fackii de febris malignis*

(d) *V. Loeuv. l. c.*

(e) *Constitutio anni 1714. 1715. in Eph. nat. cur. v. 5 vi app.*

(f) *V. l. c.*

(g) *Christiani Henrici Erndtelii historica relatio febris pestilentialis in aula regia Polon. anno 1710. 1711. grassari deprehensæ. Eph. nat. cur. cent. v. obs. XXX.*

tuor horarum spatio deliri, & convulsi cito moriebantur.

13. Pofonii, & Sopronii in Pannonia jam a multis annis fœvus hic morbus visus est. *Carolus Raygerus* (b) Pofoniensis anno 1672. Pofonii puellam annorum 12. febre maligna cum miliariis exanthematis correptam se prima vice curasse affirmat (i). *Carolus Fridericus Loewv* morbum petechialem, qui Pofonii anno 1683. epidemice regravit, scribens (k), præter peteculas, visas fuisse monet cutis asperitudines miliaceas *milii solis*, & *sudaminum* instar, easque lethales. *Andreas autem Loewv* (l) scriptum reliquit se anno 1697. peticulari febre grassante, cum jam raræ peticulæ factæ essent, in homine funestas innumeras miljares albas parvas pustulas adnotasse, easdemque, sed majores christallinas pustulas anno

1704.

(b) *Eph. nat. cur. Dec. 1. an. 3. obs CCLXXXI.*

(i) Nunquam antea a se visum hujusmodi exanthematis genus tradit *Raygerus*, qui tamen non sinit se accepisse, tum ab ancilla ægræ assidente, tum aliis mulierculis, hujusmo-

di morbum jam fuisse observatum.

(k) *Act. nat. cur. vol. 2. app. p. 35.*

(l) *Historia epidemica Hungariæ conscripta ab Andrea Loewv, & a Friederico Loewv filio communicata Act. nat. cur. vol. 1.*

1704. (m) in robusto juvene petechiis laborante iterum animadvertisse.

14. Hafniam usque pervenit miliaris febris (n) neque Suecia (o), & Russia (p) ab hac ægritudine immunes sunt.

15. Novæ in Angliam anno 1684. (q) hujusce febris ingressum monuit *Sydenhamius* (r). Sequentibus annis cum frequentior occurreret, *Hamiltonii* diligentiam excitavit

(m) *Ibidem* p. 40 annis 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. nulla visa sunt.

(n) *Samuelis Carl. observatio de febre purpurata Act. nat. cur. vol. 7. obs. LVIII.*


(o) *Gmelinus de febre miliaris* §. IX.

(p) *V. Gmelinum l. c. & Weitbrecht de febrili constitutione petechizante Petropoli anno 1735. grassante. Regiomonti 1736. §. V.*

(q) *Fantonus (Dissert. de febr. miliaris p. 103.)* putat putridas puerperarum febres, quarum meminit *Willisus* pag. mi-

hi 188. ex genere miliarium fuisse; ideoque ante *Sydenhamii* observationem miliarium febrem in Angliam venisse; sed nulla memorat *Willisus* ibi miliaria exanthemata, nec suspicari licet tantum virum, qui maculas notavit, ad pustulas non advertisse; præterea iis in febribus aderant virium subita prostratio, urinæ crassa, & rubicundæ cum pulsu debili, quæ symptomata peticularis morbi potius sunt. Fuerunt ne peticulares aliquid miasmatis miliarium continentis?

(r) *Schedul. monit. de febris nova ingressu.*



vit (s). Mutata postmodum morbi facies (t) est exanthematis miliaris raro apparentibus verum anno 1741. Londini iterum caput extulit miliaris febris parum minax, sed maxime maligna cum pulsu vix mutato, & determinatione ad delirium, & somnum, ut ex ipsa blanditia periculum augetur (u).

16. In Gallia provinciis alicubi etiam se se monstravit miliaris morbus. Hujus procul dubio naturæ fuit febris, quæ circa annum 1735. mensibus Majo, & Junio pagum  
Fre-

(s) Hujus auctoris prodire tractatus duo, quorum prior de praxeos regulis, alter de febre miliari Londini 1710. 8.

(t) Ab eo tempore frequentes extiterunt lentæ nervosæ febres in universa Anglia, quas a miliarium retento veneno produci existimo. Edimburgenses Medici ( *essais, & observations de Medicine t. V. p. 33. t. IV. p. 428.* ) hujusmodi febres sæpe commemorant, nullibi miliaria exanthemata. Clifton Winteringham in commen-

tario suo nosologico Eboraci annis 1716. 1720. 1721. febres nervosas adfuisse narrat. Huxhamius de lentis nervosis febribus peculiariter egit, Pringle scribit ( *Maladies des armées. Paris. 1755. tom. 2 p. 134.* ) novam Sydenhamii febrem post Sydenhamium Londini visam non esse epidemice vexantem.

(u) Barker. *Observations on the present epidemical fever Lond. 1741. 8. ex Hallero meth. st. med. p. 1096.*

*Freneuse* (x) vehementer afflixit (y). \* *Argentoratum*, ejusque viciniam anno 1734. 1735. infestavit purpura alba, quæ ab aliquot annis puerperas aliquando corripiebat (z). In urbe Aureliani \* graves cum vigerent tertianæ duplices continuæ, eas purpuræ albæ exanthemata aliquando comitabantur (a), quæ Septembri mense graviora fuerunt. \* *Pituerii* in Belsia eodem tempore mense Majo a D. Muaille (b) observatæ fuerunt malignæ febres cum miliaris exanthematis, & assiduis sudoribus. D. Ma-

(x) *Freneuse* in Insula Francia a Medunta vulgo *Mantes* duabus leucis distat.


(y) *Quesnay* *l'art de guerir par la Saignée a Paris*. 1736. p. 346. Auctor exponit febrem epidemice sævientem, qua prehensi statim sudore mædebant, nonnisi ad morbi finem cessaturo. Secundo, aut tertio die erumpebant exanthemata sero aqueo plena, grânis milii; figura, magnitudine, & colore similia; calor cutis mordax, maximusque in iis, qui perituri essent, excitabatur,

quo tempore post inquietudines, delirio accedente, convulsi moriebantur &c.

(z) *Salzmanni J. Gottofrid.* historia purpuræ miliaris albæ *Argentoratum*, & viciniam ante triennium infestantis. *Argentorati* 1736 4. §. III. \* *Strasbourg*.

(a) *Mem. de l'Academie des Sciences de Paris ann.* 1747. p. 337. D. *Dubamel* exponit meteorologicas observaciones habitas a Domino *Arnault Aurelianensi Medico*. \* *Orleans*.

(b) *Ibidem*. \* *Pluviers*.



D. Malouin constitutiones morbosas amplissimæ Urbis Parisiorum referens miliaris febres (c) commemorat, verum non videntur ad Germanorum purpuram albam referendæ. Miliaris certe febris extitit, quæ anno 1741. Rothomagi magnam hominum cladem intulit (d), & in Normandia minime rara nunc est.

17. Montis Bellicardi Principatum epidemice, & graviter primum invisit hic morbus anno 1712. (e). Basileenses in Helvetia Cives aggressum fuisse paullo ante annum 1733.

(c) *Mem. de l'Acad. an. 1747. p. 166.* Frequentes extiterunt, inquit, Julio mense anni 1746. febres ardentes cum cutis ruboribus, quæ ideo vulgo febres rubræ vocantur. Febres etiam visæ sunt cum ad cutem pustularum eruptione, quæ id circo appellantur miliaris febres. Infantes potissimum morbus invasit, eosque præ cæteris, qui eodem anno jam morbillos passi fuerant: anno 1748. mense Junio præter erysipelata, & variolas miliaris febres

viguerunt; anno 1752. febres putridas observavit quas pustulæ, aut maculæ rubræ sequebantur. V. *mem. de l'Acad. de Scienc. ann. 1749. 1753.*

(d) *Pinard Dissertation sur la fièvre militaire maligne. Rouen 1747. 8.*


(e) *Acta Helvetica vol. 2. p. 76.* Epidemiam hanc scripsit olim *Binningerus* Medicus Serenissimi Principis Montis Bellicardi. Opus hoc posthumum, & desideratum vulgavit *Austoris Nepos D. Beydot.*

1733. (f) per literas mihi significavit *Rudolphus Zwingerus* (g) Medicinæ primarius Professor in Univerſitate Baſileenſi. Tiguri non ignotæ ſunt (h). Scaphuſii primum huius morbi exemplum triginta, & amplius abhinc annis viſum eſt. Uſque ad annum 1750. raro admodum adveniebat. Eo anno paullo crebrius non puerperas modo, ſed & viros corripuit. Variolas anno 1752. ſæpe miliaris morbus ſequebatur. Annis 1753. 1754. funeſtus indifcriminatim morbus fuit. Sequentibus annis rarius advenit. Hanc hiftoriam mihi communicavit doctus, & præcl. Medicus Scaphuſo *Helvetus Job. Conradus Ammannus*. Bernenſes etiam purpuram albam habent, ſed ea perraro accidit, ſolæque pene puerperas,

(f) *Baſilea* anno 1733. exortu annis gravius, & prodiit ſtatim *Diſputatio Mich. Brodhaag de purpura alba morbo apud nos incognito.* frequentius, ſequentius annis paullo mitius evaſiſſe.

(g) Malum ſine cauſa incepſiſſe, ſequiori ſexu, & præſertim puerperis primum frequentius advenſiſſe ſcripſit, deinde juvenes, & viros, paullo etiam ſeniores. Primis ab

(h) *Laurentii Gruber Diſſertatio de febre acuta epidemica exanthemato-dyſenterica. Baſilea 1747. §. II. inter morbos, qui menſe Aprilis anni 1746. obſervati fuerunt, etiam recenſet purpuram albam.*



ras, quæ graviter in partu laborarunt, corripit (*i*). Mulhufii Helvetiorum aliquando, sed raro occurriffe febrem miliarem scio ex literis *Jo. Hoferi* Medici, & naturalis historiae Cultoris strenui. Genevenses Medicos hac de re interpellari cum curassem, mihi responsum est, a triginta circiter annis aliquod hujusce febris exemplum occurrere incepisse, sed quindecim abhinc annis non amplius rarum factum esse. De proxima Sabaudia dicendum nunc esset, sed opportunius videtur morbi originem, & progressum in Pedemontio profèqui, quoniam a Nostratibus morbum habuerint pleræque Regiones, quarum calamitas superest enarranda.

18. Circa annum decimumquintum hujusce sæculi in nobili virgine acutam miliarem febrem se primum in hac Urbe observasse scribit *Cl. Fantonus* (*l*), verum in Oppido Sanbenigni (*m*) ann. 1711. *Thomas Guidetti* (*n*) uxorem suam ex febre mali moris


(*i*) Hanc notitiam debeo celeberrimo, & sapientissimo Viro *Alberto ab Haller*, qui etiam mihi notavit Bernensis Urbis aërem ex purioribus esse, & saluberrimum.

(*l*) *De febr. mili.* p. 110.

(*m*) Oppidum ab Urbe octavo lapide distans.

(*n*) *Dissertationes philosophicae, & Medicae Aug. Taurinorum* 1747. 8. v. p. 147. -- 154.






moris cum miliarium pustularum efflorescentia occubuisse adnotavit, ita ut paullo antiquior epocha originis hujusce morbi apud nos videatur. Certum est inter decimumquintum, & vigesimum nobiles aliquot puerperas hoc morbo e vita ereptas fuisse. Qui tunc nobiles puerperas solum adoriebatur, sequentibus annis & vulgaris conditionis mulieres, postea & viros, & denique nullo habito conditionis, sexus, ætatis discrimine quemlibet aggredi ausus est (o), eademque ratione perseverat. Primis annis in hac urbe se se continuit morbi seminium, tum ad loca vicina se se diffudit, & sensim non solum universa subalpina hæc regio, sed alpes ipsæ, & proximi pene omnes populi hanc ægritudinem receperunt, & pro varia locorum distantia, hominum inter se frequentatione, & cæli conditione citius, aut ferius, varioque exitu morbus penetravit. Horum autem omnium historia, quoniam ad morbi indolem detegendam non parum facit, paullo fusius pertractabitur.

B 2

19. Cu-

(o) Augusta Taurinorum jacet ad padem, & durioris minoris confluxuum secus editos colles ad orientem positos. Venti, quibus atmospheræ vapores

dissepentur, rari sunt. Aër autumno, & hyeme nebulosus, semper mollis, & gravis. Aëris temperies varia, nunc austrina, nunc maxime frigida.



19. Cunei anno 1724. puerperæ binæ, Vercellenfis una, Taurinenfis altera, morbum hunc primum passæ sunt. Ex eo tempore non infrequens exitit morbus, anno 1742. epidemicus.

20. Savilianenses (p) cives eandem etiam epocham recordantur. Cum frequentes admodum non essent miliares febres, & benigni sæpe exitus, anno 1753. majori frequentia, nec adeo mites vagatæ sunt.

21. Aquæ Statiellæ \*, Urbs in Monteferrato antiquissima, anno 1726. videre primum in puerpera Taurinensi hanc febrem, quæ exinde ad alias puerperas, & homines transit. Annis 1733. 1734. crebrius occurrens, & vicina loca occupavit. Ab anno 1735. ad 1744. paullo rarius incidit. Anno 1744. non solum Aquæ Statiellæ, sed Nicæa paleæ, proximæque regiones febrimiliari peticulis juncta graviter afflictæ fuere.

22. Carmaniolæ (q) jam ab anno 1728. morbus apparuit, sed neutiquam magna ibi est hujusce morbi frequentia.

23. Bu-

(p) Saviliani urbs in ampla planitie sita mollem quidem, sed æqualem ærem habet.

\* Acqui.  
(q) Carmaniolæ cælum Savilianensi confirmite est.

23. Bugellæ (*r*) ab eodem tempore, & favæ, & frequentes miliares febres extiterunt.

24. Eporediæ\* (*s*) prima morbi semina in puerperis eodem anno visa sunt, quæ deinceps nullam sexus, ætatisve distinctionem fecerunt. Anno 1742. vehementem huic urbi stragem attulere (*t*) a Febuario ad Julium mensem miliares febres.

25. Circa annum etiam 1728. in urbe Vercellarum (*u*) apparuit, ex quo tempore frequens continuavit, rarius lethalis.

26. Pineroliensibus (*x*) usque ad annum  
B 3 1730.

(*r*) Bugella loco edito sita, ad radices alpium, purum, at propter ventorum, & caloris, frigorisve vicifitudines inæqualem æræm possidet.

(\*) Ivrea.


(*s*) Eporediæ urbem in acclivi loco constructam lambit Duria major; ei superius adjacent lacus pene stagnantis aquæ, ex quibus insalubris fieret loci conditio, nisi sæpe vehementer flarent venti per longam, & angustam Augustæ Prætorix vallem spi-

rantes, quibus mala effluvia dissipantur.

(*t*) Fuit simplex miliaris febris, cum pulsu tenso, & parum febrili: miliaria exanthemata quarta die erumpebant; sexto, aut septimo sæpissime lethalia.

(*u*) Vercellarum civitas jacet in amplissima planitie: mollis ær est, nec valde inæqualis.

(*x*) Pinerolium in apri-co, & acclivi loco procul ab aquis situm, meridiano, & orienti Soli expositum  
de



1730. pepercit: eo puerperas primum, deinde & reliquos indiscriminatimprehendit, verum nec multum graves, neque frequentes ab illo tempore observantur. Anno solum 1742. cum propter annonæ penuriam gentes non paucæ sese Pinerolium recepissent, epidemice tunc viguit miliaris febris, quæ primum alienigenas aggressa est.

27. Tunc temporis primum inter alpes in pago Viù (y) occurrit, ubi sporadice etiam continuant, neque valde funestæ.

28. Fossani anno 1731. primum in masculis juvenibus, deinde in puerperis annotata est nova hæc febris. Annis 1733., & 1742. epidemice vagatæ sunt peticulæ, quibus miliaris morbus aliquando jungebatur. Nunc etiam quandoque observatur, sed nequitiam crebro intervenit.

29. Niceæ (z) circa annum 1732. in Pedemontanæ originis puerpera primum exortus

de saluberrimo aëre gloriantur. narii operam apud nos præstant.

(y) Primus ex Alpinis locus est, ad quem purpura alba pervenit; sed animadvertendum Augustam Taurinorum frequentari ab his gentibus, quæ lecticarii, canteri, & bajuli vi-

(z) Nicænsis, & Villafrancensæ cælum prompte, & frequentissime variare mihi significavit D. V. Nerrani doctus, & præclarus Medicus.

ortus morbus est, qui deinde sine distinctione ulla quemlibet adoriri consuevit, impræsentiarum minime rarus. Villafrancæ in muliere Villafrancensi anno 1743. se se ostendit nunquam antea visa miliaris febris, & militum nosocomia afflixit: anno 1745. frequentior apud incolas: annis 1746-1751. magis rara: ab anno 1751. iterum sæpius occurrit.

30. In oppido\* (a) Ripularum anno 1732. primum miliaris febris exemplum in viro se se obtulit: sine ulla conditionis exceptione, frequentes ab eo tempore factæ sunt, meliores inter initia, graviores postea. Vere sæpe occurrunt diræ cum miliaris complicatæ pleuritides,

31. Astæ Pompejæ malignæ miliaris febris exanthemata observari cœperunt anno præter propter 1733.

32. Eo tempore, & Lantii (b) pagus primum novæ hujus ægritudinis adventum habuit. Annis 1734.--35.--42.--53. epidemice

B 4


ce

\* Rivoli.

(a) Ripularum oppidum loco edito est ad initium vallis Segusinæ, & ventorum omnibus inæqualitatibus patet. Meridianum, & Orientem So-

lem excipit, & calidiusculum ideo cælum habet.

(b) Lantii pagus ad radices alpium in quadam convalle situs, caloris, & frigoris magnas habet vicissitudines,



ce regnavit post siccitates, & austrinas constitutiones. Vere frequentes sunt malignæ quædam pleuritides, quæ sæpe junctam, aut supervenientem habent miliarium pustularum eruptionem.

33. Tridini (c) ab anno 1735. minime raræ miliaris febres existunt, nec valde exitiales.

34. Augustæ Prætorix \* (d) rarissime occurrit. Puerperam Taurinensem anno 1736. adorta est miliaris febris: postea aliquot alias exteras, & indigenas puerperas; verum masculino generi usque nunc pepercit.

35. Crescentini (e) ab anno 1738. appa-  
ruerunt, nec infrequentes sunt. Ex vicinis Tridini, & Crescentini loca humida (f) & aquosa majorem patiuntur hujusce morbi frequentiam; ex adverso collina longe rarius, sed gravius hoc morbo vexantur.

36. Segusii (g), anno itidem 1738., in  
Tau-

(c) Tridini fecus padum aër Tridinensem fortasse  
positi aër est potius mollis, humiditate superat.  
& æqualis.

\* Aosta.

(d) Augustæ Prætorix  
incolæ nullam fere habent  
cum Pedemontanis com-  
municationem.

(e) Crescentinum etiam  
fecus padum est, ejusque  
aër editissimarum alpium  
montis Cenisii jacens in  
quæ


Taurinensis originis agris observarunt Medici novam hanc febrem, quæ Segusienſes inde corripuit. Anno 1753. epidemice, & graviffime non Segufium ſolum, ſed alpinos etiam editiores tractus ea infeſtavit. Frequens, & sæpe exitialis purpura alba Segufii obſervatur.

37. Albæ Pompejæ (b) cum primum occurriffet in nobili Taurinenſi muliere, aliquot poſtea, ſed rara exempla ſucceſſerunt; poſt

quadam convalle, per amplam, & rectam pene valem orienti Soli patet. Duræ, & pene nudæ rupes interim circumſtant, quæ undequaque radios refleſtunt, & colligunt, unde fit, ut, licet inter medias alpes editiffimas, præcalidum fit Segufinum cælum, quod etiam ultra confirmant vegetabilia in agro Segufino reperiunda, quæ nonniſi locis calidis exoriuntur. E. gr. *Hieracium folio Statices, caule foliato (aut nudo) Tourn. inſt. 470. Millefolium nobile Træg. 476. Anonis puſilla glabra anguſtifolia lutea Tourn. inſt. 409. Botrys ambroſioides*

*vulgaris C. B. pin. 138. Helianthemum flore albo ſolio anguſto hirsuto J. B. 2. 16. Santolina foliis obſcure virentibus flore aureo Tourn. inſt. 451. Anchusa lutea minor C. B. pin. 255. &c.* Interim ex ſummis nivofis jugis repente frigidi sæpe venti ſpirant, magnam æris inæqualitatem promp- te afferentes.

(b) Alba Pompeja humili loco eſt prope flumen Tanari lente fluentis Septentrioni patet, mollis, gravis, & inæqualis æris eſt ibi Conſtitutio; proximi colles viniferi incolas a vini uſu nequaquam averſos faciunt.



post annum autem 1742., quo epidemice viguit, frequens, & exitialis perseverat.

38. Anno 1742. peticularum febres graffatae sunt in urbe Montis Regalis (*i*): iisdem quandoque accesserunt etiam miliaris febris exanthemata, quae aliquando nunc etiam contingunt.

39. Clarascum (*k*) attulit eadem epidemia miliarium morbum, qui tamen frequens ea in urbe non est.

40. Cebæ Marchionatus tunc temporis etiam primo vere novam hanc calamitatem persensit, quae ab illo tempore rarius incumbit, solas pene puerperas aliquando afficiens, Garexii, Doliani, aliaque nostrae (*l*) Liguriae loca ab eo tempore miliarem morbum aliquando habuerunt.

41. Braydarum Oppido gravissimus exitit idem annus, peticulis, & miliaris maximam hominum stragem facientibus, quarum

(*i*) Montisregalis urbs ex saluberrimis est, puro, & persato loco sita.

(*k*) Clarascum loco, non multum frequentato, aliquantisper edito positum est ad Sturæ, & Tanari confluum. Cum hæc flumina præter morem sub-

fidant æstivis mensibus, & tertianæ, & peticulares vigent febres.

(*l*) Genuensis Liguria morbum hunc omnino pene ignorat. Genuæ rarissimi miliaris febris casus ab aliquot annis observati sunt.



rum postremæ frequenter, & nunc occurrunt.

42. Valentia (*m*) in Nosocomio militum peticulæ, & miliares febres anno 1742. magnam cladem afferebant; tunc migravit ad cives epidemicus morbus, qui prima vice miliarium morbo laborarunt. Similis morbosa constitutio Nosocomia militum iterum affecit anno 1755.; sed ab ea cives immunes extiterunt, apud quos rarissime occurrunt. Ad vicinatum nondum transit.

43. Milites Vigevani præsidarii aliquot abhinc annis aliquando miliaris correpti sunt, quæ raro in indigenis observantur.

44. Mortaria nondum visa sunt (*n*) miliares febres. Racconixiensem (*o*) mulierem feбри miliaris morbi symptomatis stipata correptam absque ulla exanthematum eruptione feliciter sanatam nuper indicavit Pillattonus (*p*).

45. In urbe Casalis identidem in pueris, præcipue Taurinensibus, miliarium febrium ab aliquot annis exempla conspiciuntur.

46. Ale-

(*m*) Valentia humidus, cum Pedemontii oppidum.  
& gravis aër est.

(*n*) Mortaria aër maxime gravis, & humidus. (*p*) Mortaria Prodome-dici vices gerens.

(*c*) Racconixium conspi-



46. Alexandria primum etiam in militibus, deinde & in civibus ab aliquo tempore miliaris febris contingunt.

47. Dertonæ non ignotæ sunt, nec a multo tempore. Primæ originis epocham statuere non licet.

48. Qui rarissime ab aliquot annis adnotabatur miliarium morbus in urbe Novariæ, anno demum 1755. epidemice apparuit.

49. Priusquam in Italia morbi progressionem persequamur, de Sabaudia dicendum est. Camberii (g) triginta, & amplius abhinc annis nova hæc febris innotuit, quæ familiaris impræsentiarum est, puerperas minime afficiens, neque admodum perniciofa. Annecii, & Thunonii nota est, sicuti etiam Rhumiliati (r). Maurianenses eam tenent ab anno 1736.; ibi epidemice grassata est anno 1741.: indiscriminatim quemlibet corripit, puerperis infensior. Autumno, & vere crebrius advenit, nec in-

(g) Camberium in aëre saluberrimo consistit: mulieres vero minime defidem vitam agunt, cum deambulatu maxime delectentur.

(r) Anno 1750. cum Botanices causa Sabaudi-

am peragrarem, Rhumiliati miliarium febris exempla in sequiori sexu vidi, meminique certiore tunc factum fuisse solum ab aliquot annis in talem morbum cives incidere.

frequentes verè sunt pleuritides in miliarum morbum resolutæ.

50. Mediolanenses Medici, hac de re quæsitæ quatuor abhinc annis, responderunt exanthematicas hujusmodi febres aliquando & in puerperis (s) evenire, sed minime malæ indolis esse. Anno 1746. graviter Mediolani confictatus est Sacerdos quidam Societatis Jesu (t), sed ab anno 1757. (u) exitialia miliarium exempla aliqua deinceps obtigerunt.

51. In urbe Laudensi \* circa annum 1747. Comitissam a Staremberga Germanæ originis, puerperam, pene sublatam fuisse ex hac febre mihi indicavit D. *Moscatti* (x). In hujus autem urbis viciniis, proxime elapso autumnno, nobilem virum eodem ex morbo

(s) Bartholomæus Curtius celebris olim Medicus Mediolanensis triginta abhinc annis ad Fantonium scripsit se aliquando vidisse puerperas ex febre continua graviter laborantes cum exanthematis miliaceis; nullam vero, quantum ipse meminisset, e vita ereptam fuisse. V. *Fanton.* p. 95.


(t) Admodum nempe

Reverendus p. *Orrigoni*, qui ex Pedemontio, ubi commoratus erat, Mediolanum concesserat.

(u) Animadvertatur Mediolano proximam Novariam esse, & hac in urbe anno 1755. epidemice morbum miliarium viguisse.

\* Lodi.

(x) Mediolani chirurgiæ Professor.



morbo periisse intelligo ex literis, quas mihi dedit Præcl. *Paulus Valcarengi* Primarius in Universitate Ticinensi Medicinæ Professor.

52. Majori frequentia, & sævitia Mantuæ ab annis aliquot vagantur. Placentiæ, & Mutinæ rarum aliquod exemplum visum scio. Cremona (a) morbum nondum accepit.

53. Bononienses hanc calamitatem ignorant. Exanthematicæ quidem miliaris eruptiones interdum in puerperis obveniunt; sed minime graves. Periculosissima hujusce generis febris visa semel est in homine Taurinensi (b).

54. Benignas hujusmodi exanthematicas miliaris febres jamdudum notas Etruscis esse, & rarissime periculum ab iis ullum allatum fuisse mihi indicavit *Xaverius Manetti* Celeb. in Horto Florentino Botanices Professor.

55. Ariminenses a gravi nostra miliari febre immunes usque nunc esse Cl. *J. Bianchi*

(a) Ita certiore me facit præcl. *Paulus Valcarengi*.

(b) Ex literis id scio Amicissimi, & Præcl. Viri

*Ferdinandi passii*, qui diligenter hac de re Bononienses Medicos sciscitatus est.

*chi* (c) in literis pluries mandavit. Eadem fortuna non potiuntur Veronenses, quibus a pluribus annis, puerperis præcipue, miliarium febrem interdum accidere accipio ex Epistolis *Cæsaris Moreni* (d), & observationibus *J. della Bona* (e)

56. Venetiarum urbs pene omnino immunis est (f). In agro Neapolitano, in Hispania, necnon Sardinia, & urbe Romæ (g) nondum, quod sciam, seu exteri, seu incolæ hanc ægritudinem persenserunt. Faxit Deus, ut morbus majora non capiat incrementa.

57. Constat itaque morbum, qui Lipsiæ primum apparuit (§. 2.) ad proximas, remotas, nostrasve regiones longo annorum circuitu penetrasse; iis, quibus frequentior erat

(c) *J. Bianchi* Primarius Medicus Ariminensis, olim in Senensi Universitate Anatomæ Professor.


(d) *Julius Cæsar Moreni* Botanicæ, & Naturalis Historiæ apprime gnarus Veronæ pharmaceuticam exercet.

(e) *Joh. della Bona* Medicus Veronensis purpuram albam Germanorum se bis observasse meminit,

V. Ejusdem *L'uso, ed abuso del Caffè. In Verona* 1751. p. 21.

(f) A Præcl. Veneto Medico *Arcadio Capello* duo tantum usque nunc observati sunt miliaris febris casus.

(g) Romæ, & in Sardinia Pedemontani non pauci vivunt, nemo adhuc hoc morbo, quod sciam, fuit prehensus.



erat cum morbum jam habentibus agendi familiaritas, citius morbo prehensis (*b*).

58. Morbi vero contagiosa miasmata non ab aëre simpliciter, sed ab iis, qui in morbosa regione venenum contraxerant, (§. 8. 9. 13. 21. 29. 34. &c.) ad alia loca translatum fuisse.

59. Sporadice plerumque, & puerperas sæpius primum, deinde & masculos corripuisse: loca vero, quæ semel occupavit, ex integro fere nunquam (*i*) dimisisse; per aliquot annos solum aliquando filuisse.

60. Nisi alia jungatur causa, in aëre humido, & inæquali, aut solum valde inæquali frequentiore, in aëre puro, & æquali rariorem, humido vero & æquali, nisi alia accedat causa, mitiorem esse: cælum vero calidius huic morbo non favere (§6).

61. Fre-

(*b*) Hæc maxime apparent in nostra regione, cum (45); Liguria (40) &c.

apud Sabaudos (49) Nicienses (29) Savilianenses (20) Cuneenses (19) &c., qui cum Taurinensibus majus commercium habent, citius morbum communem factum fuisse videamus; ferius autem, & rarius occurrit in Monteferrato, præcipue superiori

(*i*) Lipsienses, Berolinenses, Suevi, Helveti, Piedemontani &c. hanc sortem patiuntur. Vindobonæ, licet anno 1729. & 30. miliarium morbus vigerit, minime in præsentiarum observari eruo ex silentio Celebrissimi *Svietenii* v. §. 982.

61. Frequentius corripit homines otio deditos, & parum exercitatos, in pueris (*k*), & senibus rarior. Aggreditur juvenes cujusvis temperamenti, sed præ cæteris sanguinea constitutione præditos. Vere frequentior; minus frequens autumnis; rarius advenit æstate, & summa hyeme.

62. Minime verum esse reperio, sicuti *Hamiltonius*, aliique tradiderunt, imbecillam corporis constitutionem (*l*), & ab evacuationibus fractam magis huic morbo patere. Ex puerperis indiscriminatim prendit seu illas, quibus partus facilis extitit, seu quæ in eodem maxime laborarunt (*m*).


63. Alpinos tractus, & humilia loca inhabitantes afficit. Qui vino abstinent, & utuntur; nobiles euchimis, variisque cibus, rusticique aqua, & fecalino pene solum pane

(*k*) Vidi duobus abhinc annis filiolum annotinum hoc morbo correptum, cujus mater ex morbo miliarî superfites convulsionum molestias patiebatur, (nova dein pustularum eruptione solutas), eo tempore, quo filium utero gessit.

(*l*) Si sermo sit de lentis nervosis febribus, iis ego facile assentior, qui putant imbecillos, & lymphaticos facilius iisdem vexari.

(*m*) Gravius quidem hæ laborant, utero facile postea inflammatione correpto.

C



ne nutriti; homines coffeè abutentes, aut minime; omnes hujusce morbi tyrannidi subjacent.


64. Suppressa perspiratio, eaque neglecta, longa mœstitia, ira vehemens hujus febris frequentes causæ sunt. Austrina autem, diuturna, ac inæqualis constitutio, hyeme præcipue eveniens, miliarium morbum producit quandoque epidemicum (n). Hisce causis addi possunt puerperium, placenta violenta eductio, in febribus calefacientium abusus, aliaque id genus, quibus venenum ad agendum excitatur, aut ea mutatio inducitur in corpore, propter quam agit.

CA-

(n) Cum ætas anni 1733 fuisset præcalida, & sicca; idemque autumnus, & hyemsetiam præter morem tepida extitisset, anno 1734. Augustam Taurinorum, & pene totum Piedemontium affecit vehementissima epidemia mi-

liarium, & peticularum. Eandem temporis constitutionem, eo anno, gentibus in celsissimo alpium Bavariz jago viventibus invisam adhuc miliarem febrem attulisse narrat Joseph Grunwald (l. c.).





## CAPUT SECUNDUM.


## MORBI NOMENCLATURA.

65. QUÆ nobis febris miliaris, aut miliarium morbus audit, variis nominibus apud auctores occurrit. Plerique Germanorum purpuram albam dixerunt; ab aliis vocata fuit purpura puerperarum, febris puerperarum mali moris, febris purpurata, purpura, purpura maligna, purpura miliaris, febris maligna cum exanthematis miliaris, febris miliaris, morbus miliaris, & febris vesicularis. Nominem *Der Friesel* apud Lipsienses venit, Gallis dicitur *Pourpre blanc*, Nostratibus *Miarola*. Horum nominum explicationi de purpuræ vocabulo nonnulla præmittam.

66. Purpuræ nomen ex Græco *πορφύρα* verisimiliter deductum (o) Latini ad testaceum, quod purpureum colorem præbet, significandum adhibuerunt. Hoc nomine postea a purpureis maculis morbum, quem peticulas Itali dixerunt, Gallos secuti Medici purpuram appellarunt. Purpuræ autem

C 2                    tem

(o) *V. Joh. Daniel. major. purpura Fabii Columnæ Ki-  
adnotationes ad librum de* *lie* 1675. pag. 12.



tem vox paullatim extensa fuit ad alios etiam morbos, in quibus aut maculae, aut pustulae, papulaeve rubentes in cute apparent ita, ut quicumque pene morbus, in quo cutis ruberet, purpura fuerit appellatus.

67. Insolita idcirco hæc febris cum prodit, purpura etiam dicta fuit; eaque, ut ab aliis distingueretur, eo quod peculiariter puerperas corripere, puerperarum purpura; ab exanthematis milii granorum æmulis miliaris, ab exanthematum, quæ sæpissime minutas vesiculas exhibent, forma vesicularis vocata est. Simpliciter etiam purpura nostro sæculo ab aliquibus dicitur, purpuræ nomine ad peticularum morbum indicandum pene exoleto. Morbum potius, quam febrem miliarem vocari vult *Petrus Gerike* (p) eo quod putet sine febre esse posse, unoque morbi miliaris nomine, & vulgarem purpuram rubram, & Lipsiensem febrem velit comprehendere. Vocabulum *Der Friesel* alii a voce *Frießs*, quæ pannum asperum, & nodosum significat, cujus asperitatem cutis in hoc morbo æmulatur; alii a voce *Friessen* frigere, eo quod sæpius cum frigore invadat (q) deducunt.

68. Dum-

(p) *Traктatus de febre miliari* 1711, cap. I.

(q) *Langius in Disput. 44. valetudinarium puerperarum*

68. Dummodo de morbo constet, & vocum diversitas nullam faciat ambiguitatem, quodlibet nomen per nos licet. Videtur autem potius (*r*) miliarium morbus vocandus.

69. Hoc nomine intelligimus morbum cum febre conjunctum (*s*), in quo fere semper (*t*) exanthemata ad cutem occurrunt, sive minutæ pustulæ, quæ cito in vesiculas sero plenas evadunt, a miasmate productæ, quod maximam habet ad nerveas fibrillas convellendas aptitudinem.

C 3

CA-

*rarum* postremam hanc; in *prax. Med.* cap. XIII. de febribus §. 9. de purpura primam significationem dat, V. etiam *Gmelinum* §. XVI.

(*r*) Plerique morbi exanthematici proprium nati sunt nomen: ex. gr. dicuntur *Variola*, *Morbilli*, *Peticula* &c. Eodem exemplo morbus hic miliarium simpliciter nomine distinguere poterit; sicuti enim

in variolis, non febris, sed exanthematum, & morbi natura est consideranda.

(*s*) Nunquam vidi sine febre hanc ægritudinem; cum levi febre etiam exitiale occurrit.

(*t*) Rarum apud nos est, ut febris ex sua natura miliaris sibi relicta exanthemata non producat. Frequentius id in Anglia contingere video.

## CAPUT TERTIUM.

## MORBI DISTINCTIONES.

70. **C**elebris, & antiqua est purpuræ divisio in albam & rubram. Alba etiam distinguitur in albam, & pellucidam. Nullius momenti est albam a pellucida separare; quæ enim exanthemata primum pellucida fuerunt, crassiore reddito sero, alba fiunt, quod olim vidit *Hamiltonius*. Neque magis interest miliaria exanthemata rubra ne, an alba sint. Utraque æque periculosa; imo ex mea observatione rubra minuta pellucidis deteriora sunt. Præterea, uti etiam recte observat *Gmelinus* (u), pustulæ, cum primum elevantur, rubræ; tum postea pellucidæ cum basi rubra; & denique pellucidæ, albæve fiunt. Apud plurimos interea Scriptores passim reperitur purpuram dividi in rubram, & albam, quæ etiam gravis, & maligna dicitur, cum illa maligna audiat. Verum hi mihi videntur ultra limites miliarium morbi purpuræ nomen extendere; & purpuræ (x) rubræ vocabulo

(u) §. 12.

exanthemata & rubra, &  
 (x) Jamdiu nota sunt alba, quæ Græci *hidra*, Latini


cabulo plures alias dissimiles, neutiquam sua natura graves, cutis eruptiones comprehendere. Licet enim cum bono (y) exitu, & sine gravi incommodo, quandoque cursum suum absolvat, periculosa tamen semper est miliaris febris. Periculum autem pendet a convulsionibus, citissime sequentibus disparentia exanthemata, quod huic pustularum generi præ reliquis proprium, & peculiare est.

C 4 71. In

tini *sudamina* dixerunt. Pueris, fœminis, & biliosis hominibus præcipue adveniunt sæpe sine febre, aliquando cum febre, iisque præcipue scorbutici homines afficiuntur. A Gallis, atque Nostratibus *Ebullition de sang*, ab Anglis *a rash*, a plerisque Germanis Medicis *purpura rubra* appellatur; sed aliæ etiam cutis affectiones, uti sunt *Rubeola*, *Scarlatina febris* &c.; purpura rubra dictæ sunt. Horum omnium exanthematum inter se differentia suo loco dabitur.

(y) *Uratislavienses (const. epidem. 1700. p. 334.)*

purpuram albam describunt minime lethalem, cujus pustula quarto die erumpebant, 7. valetudine reddita. Hujuscemodi casus apud nos rarissimi sunt. Idem & aliis etiam in morbis occurrere videmus. Variolæ e. gr. mitissime cursum suum absolvunt interdum; nihilo secius inter morbos sua natura graves referuntur. Symptomatum natura, & comitatus morbum definire debet, & certum est in miliari mitissimo morbo, si pustulæ retrocedant, ægros cito graviter periclitari.



71. In simplicem, & complexam distinguit purpuram *Hamiltonius* (l.c.) simplicem eam dicens, quæ albas; complexam, quæ rubras albis immixtas pustulas exhibet. *Petrus Gerike* morbum miliarem dividit in idiopaticum, symptomaticum, & complexum. Quando nempe morbus alter miliarem comitatur, complexus; si alteri morbo miliaria exanthemata superveniant, symptomaticus, si neutrum adfit, idiopaticus est. *Hamiltonii* distinctionem non posse consistere patet ex dictis (§. 70.); quod ad alteram *Cl. Gerike* spectat, mihi opportunius videtur eum dividere in simplicissimum, simplicem, & complicatum. Simplicissimus ille est, in quo si febrim excipias, absque ullo alio morbo miliaria exanthemata adveniunt; Simplex ille, in quo sub specie alterius morbi primam periodum percurrit, quin alius revera morbus adjungatur; hic si adfit, complicatus erit. Simplicissimum a simplici juvat fecernere, propterea quod ex primi consideratione miliaris morbi natura magis elucescat. Multum interest etiam scire, num sit simplex, aut complicatus, hoc est, num symptomatica, & effectus pendeant ex solo miliarium miasmate, vel ab altera adjuncta morbosa causa. Fateor quidem limites inter simplicissimum, sim-

simplicem, & complicatum non ita facile semper definiri posse, & consistere, cum facilis sit simplicissimi in simplicem, & huius in complicati nonnullas species conversio; & variarum causarum ad eundem effectum vis, & potentia eorum facere possit. Quam cæteris interim commodior, & utilior videatur, hanc sequemur divisionem primum visuri, quid in simplicissimo contingat.

---

## CAPUT QUARTUM.


### DIAGNOSIS MORBI SIMPLICISSIMI.

#### I. ANTE EXPULSIONEM.

72. **H**orror interdum morbum incipit, quem a naturali vix differens calor sequitur, sine membrorum defatigatione. Caput vix dolet, febris quam maxime lenis, cum pulsu tamen tenso, duriusculo, & aliquantulum contracto (z). Urina sanorum

(z) Non pauci Auctores statuunt in morbo miliaris pulsus imbecillitatem; pace horum virorum dicam me quam maxime vereri, ne ipsi dicant im-

becillum, qui solum contractus est. Validius nempe, quam par est, arteria contrahitur, & efficit pulsum minoris quidem diametri, sed neutiquam imbecillum,



rum similis; nullus dolor ab ægro perferitur; non fitit; appetit: sed importuni sudoris impetus fastidit.

73. Altera plerumque die cum paullo celeriori pulsu decolorari incipit urina. Accedunt metus, & tristitia sine causa, ad cordis scrobiculum molesta quædam compressio suspiria cogens, aurium tinnitus cum auditu acutiore, inquietudines, subitanei involuntarii motus, sensus in digitis stuporis cujusdam pungitivi *granz* nomine noti. Somnus interrumpitur spectris, quæ non sine corporis, & animi commotione ægrum expergefaciunt. Sudores cum pulsu magis contracto, acidum corruptum olentes, assidui erumpunt.

74. Tertio interim, aut quarto die, raro serius, post vehementes sudoris impetus, & alternas aliquando cujusdam horroris, calorisque vicissitudines, præcedentibus sæpius puncturis, interdum aliquo pruritu, in collo primum, & pectore, & dorso, deinde in brachiis, abdomine &c., raro in facie efflorescunt rubræ, aut albentes minutæ pustulæ.

## II. POST

becillum, sicuti ex statu pulsus, qui sæpe durus est, virium, ex compressione judicari potest.




## II. POST EXPULSIONEM.

*Si optime vertat.*

75. Hæ pustulæ cito grandescunt, & lim-  
pido sero replentur cum aliqua cutis in-  
flammatione, quæ plenior, & tumefacta  
persentitur. Præcipua absoluta expulsionem  
(aliquæ enim pustulæ lento gressu ceteras  
sequuntur,) quod intra 30. horas evenit,  
convulsiva symptomata (73) mitescunt, &  
disparent. Sudor minus intensus, sed per-  
severat. Urinæ sensim iterum colorem in-  
ducunt. Septima die, molli, & æquali red-  
dito pulsu, exanthemata exsiccantur, &  
squamatim cuticula decedit. Rarissimus est  
tam bonus apud nos morbi hujus exitus; a-  
liud subest nostris ægris curriculum & peri-  
culosum, & longe gravius peragendum.

*Cum Æger valde periclitatur.*

76. Post expulsionem persistunt, & cre-  
scunt symptomata (73): febris augetur cum  
celeri, & contracto pulsu, & circa meridi-  
em, ac nocturnis horis evidentia capit in-  
crementa. Urinæ multæ tenues, & aquæ,  
lingua albida, quæ dein arefcit. Noctes  
vigiles, aut ex terrificis somniis graves  
cum molesta internæ distensionis ad caput  
sensatione. Facies plenior evadit. Calet,  
& in-



& inflammatur cutis. Sudores imminuuntur. Tertio plerumque expulſionis die graviora omnia fiunt; Febris vehemens ardenti omnino ſimilis urget cum pulſu duro, & celeri: tendines ſubſiliunt; ſudores evaneſcunt; puſtulae ſubſident; calor urens brevi accenditur; cutis ſcabra fit; urinarum aquearum ingens mingitur copia: Inquieti, valde ſitibundi, moroſi, queruli, vix lecto propter inquietudinem, & calorem ſummum continendi, loquaces undique ſe jactant; deinde deliri convulſionibus etiam corripuntur. Alvus alias plerumque dura egerit hoc tempore bilioſa foetidiffima.

77. Poſt tantam morbi ſævitiam, quæ paucarum horarum ſpatio plerumque exercetur, aliquo redeunte ſudore, & ſublatis iterum puſtulis recensita (76) miteſcunt. Copioſiora effloreſcunt ſequenti die exanthemata, majoraque fiunt; iis, quæ primo eruperunt, deinde exſiccari incipientibus. Verum ſecunda exanthemata tertio ſuæ expulſionis die ſimiles (76) turbas, ſed mitiores excitant; tertiaque advenient, quartæ &c., donec is, quem (§. 75.) adnotavimus, ſtatus naſcatur. Alvus in hoc morbi ſtadio cum magnis borborigmis liquida, & bilioſa foetidiffima dejicere perſeverat.

Urina

Urina interdum (a) prodit albescens, tanquam ferum lactis, non subsidens, & ardens.


78. Salus ordinario non redit, nisi post decimumquartum diem, aut vigesimum. Per cohortes, & manipulos incerta die, ac hora fit hujusce exanthematis expulsio. Incerto etiam momento, ex causa sive externa, sive interna si deprimantur pustulæ, dimidiæ horæ spatio status (76) accedere potest: Præcipua ea propter phænomena assignari quidem possunt, sed nequaquam eorum adveniendi tempus, & progrediendi ratio definiri.

79. Hinc patet dies graviores incerto etiam ordine advenire. Plerumque ante expulsionem pares; post expulsionem impares deteriores sunt. Tertia dies plerumque mitis: quarta gravis esse solet.

*Si malum exitum prompte morbus habeat.*

80. Statui (76) adjunguntur pessima delirii, & convulsionum symptomata. Inquieti, de omni positione queruli, undique se jactant. Torvo, & defixo obtutu objecta per caliginem, aut duplicata vident. Loquaces,

(a) In iis, quibus lim- eodem etiam tempore sa-  
pha inest viscido-salina, livæ salæ persentiantur.



ces, futilia cum dixerint, se recte aut vidisse, aut allocutos fore summa pertinacia asseverant. Se agros fore vix concedunt; cum magna, & rara respiratione sæpe insufflant. Sunt qui repente sine causa lacrymis, & mœrore se conficiant. Ad motum quemlibet plerumque expediti lecto surgere tentant; ingesta vomunt, & in adstantes etiam aliquando expuunt. His accedit potus, cum descendit, strepitus; tunc cito jactationibus in convulsiones transeuntibus, epilepticis vehementibus motibus correpti, stertore adveniente, pulsuque deficiente brevissime suffocantur.

81. Observatio docuit eo promptius malum exitum accedere, quo numerosiores pustulæ extiterunt, & præcocius eadem apparuerunt.

*Si morbus diutius trahatur.*

82. Si verò viscida limpha venenum retinente, aut propter cutis densitatem, vel magnam cuticulæ cum cute cohæsiõnem exanthemata non bene efflorescant (*b*); sed sub cuticula, aut in cute ipsa subsideant, (quod interdum post retrocedentes (76) pustulas contingit), aliquando diu trahitur morbus

(*b*) Talis exitus frequentior est in complicato morbo.

morbus recidivam sæpe alio tempore daturus, valetudine lente redeunte; interdum & mors sequitur: sed paullo diversaratione morbus prosequitur.


*Et tamen Æger convalescat.*

83. Si itaque non elevata pustulæ, sed levis aliquis solummodo rubor cum minutissimis quibusdam pustulis in cute conspiciatur, & venenum in cute profundius hæreat, pulsus velocitas tanta non est, sed altitudo, & frequentia inæqualis, aliquando pene intermittit. Urinæ nunc tenues, nunc coloratæ, & sæpius turbatæ non multa copia veniunt, calor insignis, sed non acerrimus vexat, pene continuo tendines subsiliunt, lingua tremula est, delirio, & convulsionibus ægri identidemprehenduntur. Hæc deinde paullatim in melius vertunt sudore viscido-fætido excitato, qui & majores aliquas hydatides, & pustulas varorum instar majusculas affert.

*Si Æger intereat.*

84. Aliquando vero post statum (§. 83.) descriptum in soporem ægri decidunt: assiduis tendinum motibus, aut majoribus convulsionibus detenti, stupidi, obliviosi, lethargici evadunt; & demum post convulsionones varias, stertore lentius, quam in casu (§. 80.) accedente intereunt.

III. MIAS-



### III. MIASMATIS MILIARIUM PROPRIETATES GENERATIVAS.

85. Miliarium miasma concoctionem nullam patitur; urinæ morbum non judicant, parotides, & salivatio non nisi rarissime observantur. Alvum in secunda periodo fluere utile est. Sanguis extractus varius est, plerumque cum pauco sero & gelatina concreta. In secunda periodo, aut sub finem primæ post maximos sudores cocci-neus educitur, & sine sero.

### IV. MORBI SUCCEDENTES.


86. Qui graviter laborarunt, mortemque effugerunt, nonnulla alia incurrunt incommoda, quorum quædam diu etiam persistunt: sunt autem difficilis sudatio, aut ex quocunque motu facillima; vari, furunculi, aliaque similia pustularum genera; memoriæ infirmitas; summa nervorum mobilitas, & intimorem magna proclivitas; rheumatismus; & cetera symptomata morbi (§. 73.) convulsifica. Hæc permanentia justum recidivæ timorem faciunt, & maxime cuti venenum hæerere significant.

87. Seminium enim hujus morbi difficulter extirpatur, & qui semel hac ægritudine affecti sunt, facile in eam relabuntur. Re-  
viviscit

viviscit vero eo potissimum redeunte tempore, quod primæ accessionis tempori respondet. Sic non raro videntur puerperæ successive singulis puerperiis idem subeuntes periculum, & demum interfectæ, licet bona valetudine intermedio tempore usæ sint. Rarissimo quodam simplicis morbi exemplo liceat rem hanc illustrare.

88. Virgo annum agens 21. sanguineo-lymphatica, sana, & robusta, habitus spongiosi, vasis sanguineis parvis prædita, post magnam perspirationis ex frigore externo suppressionem, febre acuta paullo post hyemale solstitium anni 1752., cum dolore rheumatico ad ilii sinistri regionem, & symptomatis plerisque (73) corripitur. Quinta die exeunt miliaria exanthemata, quæ cum magnis sudoribus usque ad decimum septimum copiosissima per varias vices eruperunt, cum morbi progressu (76. 77.): vigesimo primo febre immunis extitit.

89. Lente convaleuit, per reliquam hyemem in cubiculo maxime frigido, & humido degens. Nondum ex integro valetudine restituta redit, qui prima morbi initia fecerat, dolor rheumaticus, & sensus stuporis pungitivi in digitis manuum, & pedum *grans* dicti. His accedunt facilis ex levi causa timor, & terror, cum subsequenti pal-



palpitatione. Cum mediocri fanitate reliquum annum tranfigit, fed post folstitium anni 1753., poftquam dolor rheumaticus gravior, & *granf* frequentior fuiffet, iterum lecto decumbere cogitur, ut confimilem morbum patiatur. Proxime elapfo vere undecimam fuftulit morbi hujus acceffionem; primis enim tribus annis circa folstitium tantum prehensa morbo fuit, fed fequentibus annis bis, hyeme fcilicet, & vere; ex vernali acceffione gravius laborans.

90. Sine ulla febri, fed cum pulfu aliquantulum contracto intervalla fanitatis ducit fequentia incommoda ferens; dolorem ad llium rheumaticum; *granf*; fomnia terrificaf, & cum magna cordis palpitatione fomnum interrumpentia; lassitudinem corporis; ad fcrobiculum conffriktionis fenfum, & hac ex caufa respirandi anguffias; tendinum ad occiput rigidaf tenfiones; moleffiffimas capitis, poft partum præcipue, calefactiones; aures varie frequentiffime fonantes; & cum ad fomnum fuper cervical fe componit, importunas carotidum pulfationes. Semper aliquantisper tremula eft, & decolores perpetuo urinas effe narrat. His omnibus a tribus annis jungitur inanis tufficula cum guftu falivarum ali-




aliquando falso, & catameniorum diminutio.


91. Hæc omnia symptomata æstivis mensibus mitiora sunt, & facile tolerabilia. Quandoque hac tempestate pustulæ aliquæ in torso eruperunt. Nunquam, ex quo hunc morbum patitur, nec urgente canicula sudat, quæ alias antea sudore facile maderabat.

92. Accedente autumno sensim incommoda (90) crescunt cum urinis aqueis; & demum ex lassitudine, febricula, dolore capitis cogitur lectum petere: sequenti autem modo morbus progreditur.

93. Lassitudo summa corporis, assidui pedine *grans*, & reliqua symptomata (90) febrem comitantur; interdum cum angina, aliquando odontalgia, semel cum tetano morbo incipiente. Artuum tremores continuo usque ad summum morbi increscunt; pulsu continuo contractiore facto, denique non percipiendo. Carotides gradatim cum majori violentia pulsant. Pectoris angustia, & anxietas fit summa, ut suffocari misera videatur. Sexto die sæpius, post aliquot madores, rubra, aut minutissima pellucida apparent in pectore exanthemata, quæ cito cum sudore disparent. Hoc tempus est, quo tremores, ceteraque symptomata



augentur, ut continuis concussa tremoribus convulsivis; mente plerumque constans, sed balbutiens, & pene aphona; caligine oculis affusa, eo redigatur perinde ac si nulla spes amplius superesse videretur. Hæc interim postquam ad summum pervenerunt, paullatim iterum imminuuntur, & jam valde inclinato morbo, olido aliquo sudore apparente, urinis tantillum coloratis, & demum turbatis solitus redit valetudinis status fere sine cuticulæ decidentia. Dies summus morbi solet esse in hyemali accessione decimusquartus, aut decimusseptimus; in vernali vigesimusprimus, & ultra. Anno 1756. verno tempore tetani convulsio, viginti horarum spatio resoluta, morbum incepit, sed in morbo summo scotomia, & aphonia affecta fuit, quæ ad viginti dies perdurarunt, visus, & linguæ usu paullatim reddito. Sanguis extractus coccineus, & sine sero semper visus est. Ad morbum extirpandum inutilia fuerunt multorum generum præsidia, extra accessionis tempus maxime instituta. Adhibita vero sunt balnea tepida aquæ dulcis; decoctum corticis ulmi; acidulæ augustinæ; aqua calcis; lac; chinæ carnosæ, falsæ, aliorumque diaphoreticorum decoctiones. Morbus in accessione curatus est per diluentia, demulcentia, emollientia, bezoartica,



artica, antispasmodica maxime ex succinat-  
tis, sudorifera vehementiora, antiseptica cor-  
roborantia &c. Observatum est hæc omnia  
incassum adhibita fuisse; V. S. repetitam  
nocuisse, uti etiam opiata, & nullam utilita-  
tem vesicantia attulisse. Binæ postremæ ac-  
cessiones, in quibus nulla instituta est V. S.,  
assidue datæ emulsiones ex amigdalibus pini,  
& melonum seminibus; & sumptus bolus ex  
succino, & pulvere radicis valerianæ, ali-  
quantisper mitiores fuere, vesicularum mili-  
arium nonnullæ majores factæ sunt, & cuti-  
cula aliquibus locis decidit.

94. Hæc, uti patet, historia docet vene-  
num, quod miliarium morbum facit, diu im-  
mutabile retineri posse, & ab impedita per-  
spiratione maxime hujusce veneni actionem  
excitari. Hujus loci non est, quæ ex hac  
historia ad morbi naturam illustrandam con-  
sequuntur, expendere; operis ordo postulat,  
ut diagnosim prosequamur.

---

## CAPUT QUINTUM.

### DIAGNOSIS MORBI SIMPLICIS.

95. **P**rima morbi periodus in morbo sim-  
plici præter effecta præcipua morbi  
D 3 mili-



miliarium (73), ea etiam habet, quæ propria sunt morbi, quem eo tempore mentitur. Sub imagine enim rheumatismi, varii generis convulsionum, erysipelatis, anginae, pleuritis, odontalgiae, tussis, coryzae, doloris cujuslibet &c. morbus primum incipit, & progreditur. Morbos omnes exhibere potest ex convulsione, & inflammatione vasorum sanguineorum, aut lymphaticorum. Apoplexiam cum apparente primum erysipelate in ea faciei parte, quæ respondebat pene resoluto lateri, deinde succedentibus miliaris, optime resolutam vidi. Sternutationis vehementissimæ purpura solutæ exemplum narrat *Joerdens* (c). Pertinax delirium melancholicum sola purpurae eruptione curatum jamdiu observavit *Gottlob Schöberus* (d). Singularem immodici risus per apparentem purpuram albam evanescentis observationem nuper communicavit *Friedericus Zwingerus* (e). Eam malo ischiadico suc-

(c) *Att. curios. vol. IX.* p. 184. viginti, & amplius annos nata, bene valens prima a celebratis nuptiis nocte cum vehementia ridere cœpit; insoliti hujus risus causam maritus cum peteret, ipsa respondit, se vi quadam in risum cogi. Access-

(d) *Ephem. nat. cur. cent. I. obs. XXI.*

(e) *Acta helvetica, Basilea 1751. vol. I. p. 47.* Casus est sequens. Filia

co succedentem Berolinenses (*f*) notarunt, & ego ipse etiam animadverti. Ea ratione porro, qua morbus, cuius speciem præfert, solvitur, apparent, & increfcunt olidi sudores, cæteraque symptomata (73): post expulſionem vero, qualis in ſimpliciſſimo morbo (75. &c.) progreſſus, & exitus ſequitur.

96. Quandoque occurrit, ut cum idem morbus altera, aut tertia vice redierit, vario bonæ valetudinis intervallo, miliaria tandem exanthemata erumpant; ſed interdum ex ſignis convulſificis (73) præcognitus ſimplex miliaris morbus ſine recidiva, & ullis exanthematis ſponte finit.

---

## CAPUT SEXTUM.

### DIAGNOSIS MORBI COMPLICATI.

#### *Generatim.*


97. **D**iximus a miliarium miasmate ea omnia primum produci poſſe morborum

D 4 rum

Accedere febris, & præcordiorum anxietates perdurante cachinno, qui non ceſſavit ex integro, niſi poſt quam miliaria exan-

themata eruperunt.

(*f*) *Act. Berolin. Dec.*  
I. vol. 2. p. 17., & *Dec.*  
II. vol. 5. p. 46.



rum genera, quæ ab inflammatione arteriarum sanguinearum, & lymphaticarum, ac nervorum irritatione pendent. Si autem hi morbi non miliarium miasma tantum, sed & aliam causam habeant, morbum complicatum faciunt. Haud facile est semper statuere num binæ, aut una miasmatis causa vigeat: ut autem hoc decernatur, symptomatum, & febris magnitudo perpendenda. Quando enim a solo miasmate producuntur, in morbi initio symptomata gravia non esse consueverunt, nec vehemens febris tenet. Multam præterea lucem dabunt notæ antecedentes causæ, & cognita ægri constitutio. Patet itaque interdum morbos recensitos (§. 95.) tantum exhiberi a miliari febre; sed alias eosdem huic febre adjungi. Eo in casu morbus complicatus oritur, cujus idem, ac simplicis progressus est (97.); at in complicato adjuncti morbi effecta persæpe pertinacia sunt sola expulsionem miliarium pustularum nequaquam solvendo.

*Cum Arthritide, & Podagra.*

98. Arthritidis, & Podagræ dolores, si miliarium venenum pro causa etiam habeant, fugaces, & acerbi sunt. Miliaris morbi symptomata (73.) molesta admodum non sunt:

sunt: difficulter fit pustularum eruptio, & sæpe cum funesto ( 83. 84. ) successu.

*Cum Peripneumonia.*


99. Exitialis, & admodum frequens est cum peripneumonia miliarium morbi complicatio. Observatum autem est, hanc peripneumoniæ speciem, præter signa ( 73 ), lateris dolores habere admodum mobiles, & fugaces, sputum primo quidem ex parte cruentum, deinde æquate subrubro-flavum, tum flavum. Hac flavedine evanescente sudores maxime urgent, & miliaria exanthemata erumpunt, dolore aut integre soluto, aut levi tantum permanente.

100. Quo mobiliores dolores sunt; quo citius in sputis flavedo evanescit; quo magis sudores urgent, eo citius exanthemata erumpunt. Urinæ, quæ dum dolor lateris urget, rubræ sunt; eo soluto, instante eruptione, aqueæ evadunt. Aliquando morbosus humor, qui in pulmone phlogosim fecerat, nec cutim petit, ad caput defertur; & furiosum excitat delirium, ad cutem advenientibus pustulis sedandum.

101. Si tertio, aut quarto die sputa biliosa obscura soluta appareant, aut fuliginosa; & ita quinta die perseverent, cito cum levi, aut etiam, si pustulæ in cute jam appa-

D 5

ruerint,



ruerint, vehementi delirio, catarrho suffocativo accedente, inæquali, intermittente reddito pulsu, brevi pereunt eadem, aut sequenti die, omnis doloris expertes.

102. Hujusmodi ægris pene lethale est quarto die miliaria exanthemata apparere; si mortem sæpe effugiunt, quibus sexto, aut serius eadem adveniunt.

103. Hoc in morbo suppuratio non succedit, nisi suppurandus in pulmone tumor jam morbum anteverterit.

*Cum aliis Miasmatis.*

*Generatim.*

104. Altera morbi complicati species est, quando ægritudines variæ ex diversa, & peculiari humorum corruptione, aut vitio productæ miliarium miasma una continent, & ad agendum excitant. Vidi miliarium morbum adjunctum febribus putridis, & intermittibus, peticulis, variolis, morbillis. His in casibus varii diversorum miasmatum effectus varie permiscentur, utrorumque actione turbata, & anomala facta.

*Cum Febre putrida.*

105. Prima morbi progressio, qualis in febre putrida; nonnulla præterea habentur miliarium symptomata (73), præcipue *granf.*  
Pul-




Pulsus celerior, & æqualior, quam in putrida febre esse soleat: octava, undecima, aut decimaquarta die, imminuto alvi fluxu, & explicatis simptomatis (73) efflorescunt miliaria exanthemata. Repente aliquando suppressa alvo, dolet, & tumet abdomen; tunc subdeliri, & in soporem delapsi ægri, pene sine exanthematum expulsionem, ex interna gangranosa inflammatione moriuntur.

*Cum febris intermittentibus.*

106. Febres intermittentes miliarium febris junctæ paroxysmos habent sæpe per continentem febrem communicantes, cum pulsu in accessionis sine duriusculo, & contracto, urinis sedimentum non dimittentibus, & tenuibus, quibus addantur aliqua ex simptomatis (73). Sexta die ut plurimum febris disparet intermittens in continuam mutata, miliares pustulæ exeunt, & suum miliarium morbus progressum facit, quo ad finem perducto intermittens sæpe redit febris.

107. Aliquando mihi contigit videre tertianam febrem simplicem pene omnino intermittentem, secundo, aut tertio paroxysmo miliares pustulas attulisse, & frigoris tempore, cum rediret accessio, retrocedentibus repente pustulis, ægrum periisse. Purpuram albam



bam cum quartana continua febre complicata, & demum lethalem, horroris tempore repercussis pustulis, Berolinenses recensent (g).

*Cum Peticulis.*

108. Prima morbi facies est febris peticularis; verum paullominus quam in ea esse soleat, profundus, & demissus pulsus est. Paullatim accedunt effecta (73), & symptomata peticularum mutantur. Urinæ, quæ primum turbatæ, & crassæ fuerant, diluuntur; *grans* aliqualis persentitur; surditas recedit; bombus in tinnitum mutatur; sopor in vigilias, aut coma vigil; prostratio corporis tollitur; pulsus elevatur, & frequentior fit. Primum erumpunt peticulæ, deinde vario intervallo iis disparentibus, miliaria exanthemata efflorescunt.

109. Pro varia utriusque miasmatis copia, & compositione, agentique tempore varius sequitur progressus, & exitus. Delirium quam maxime urgeri in hoc morbo video statim ac miliarium miasma cutem ferit. Exitus, si cito peticulis pustulæ adveniant, prompte per convulsiones lethalis; sed eo in statu calor cutis minor, quam in casu (80.). Si peti-  
culis

(g) *Act. Berolin. Dec. II, vol. 7, p. 102.*


culis longo intervallo miliares pustulæ succedant, salutis spes est; progressus vero miliarium varius, & prout (75. 76. 77. 83.) traditum fuit.

*Cum Variolis.*

110. Miliarium morbi cum variolis juncti pauca solum exempla mihi adhuc contigerunt. Vidi lumborum dolorem acerbissimum fuisse, variolas primum erupisse, deinde miliares pustulas; post variolarum expulsiōnem febrem non remisisse cum pulsū molli, & validiusculo; sed contractionem, & celeritatem pulsus increvisse; variolarum incrementum miliares pustulas impediisse; tendinum motus frequentes fuisse; cum pulsū admodum tenso deliros factos ægros sexta, aut septima die interiisse. Minime filebo *granf*, maximum ex miliaris febris signis, fugacem tantum eosdem persensisse.

111. Planum est ex vario tempore, quo miliarium miasma se extricat, diverse etiam progredi morbum debere. Variolis ad supurationis summum perductis supervenientem cum felici exitu purpuram albam enarrat *Elias Camerarius* (b), & variolas malignas, quas miliaris morbus sequebatur, descriptas dedit

(b) *AE. nat. cur. vol. 2. p. 338.*



dedit celeberrimus *Hallerus* (i). Casum foeminae, quae, post quartam miliarium expulsi-  
onem, variolas passa est, peculiari disputatio-  
ne enarravit *Gottlob Schacker* (k).

*Cum Morbillis.*

112. Duo tantum similis complicationis  
casus usque dum mihi se se obtulerunt. Ani-  
madverti faucium inflammationem, & tussim,  
quae morbillos praecedunt, vehementer affli-  
xisse; cum magno calore erupisse primum  
morbillos, deinde iis successisse agminatim  
prodeuntes miliares pustulas. *Granf* mul-  
ti extiterunt praeter reliqua symptomata (§.  
73.). Progressus, qualis in simplicissimo  
morbo miliarium.

*Cum Puerperio.*

113. Unice restat, ut eam complicatio-  
nem exponamus, quae ex puerperio nascitur.  
Nunc febris statim post partumprehendit,  
nunc occasione febris *lactea*, quae solito ve-  
hementior corripit, & eam symptomata (73.)  
comitantur. Pulsus celer admodum est, lo-  
chia varie fluunt, aut subsistunt. Dolet sae-  
pius uteri regio. Dum vero sudores, alia-  
que

(i) *Opusc. pathol. Lau-* *thematica agram quinquies*  
*sanna* 1755. p. 120. *serie non interrupta inva-*

(k) *Polyc. Gottlob Scha-* *dente Disputatio. Lipsie*  
*cker de febre acuta exan-* 1723.

que (73.) urgent, evanescit dolor miliaris pustulis efflorescentibus, quarum (80. 84.) exitus est. Lac plerumque parum fluit; alvus autem liquida persæpe est.

114. Si pustularum adventus uteri dolorem non tollat, aut hic pertinax vexet; nunc soporosa, nunc deliræ, multum anxix, demum continuo delirantes convulsæ moriuntur.




## CAPUT SEPTIMUM.

### PROGNOSIS.

115. *A*cutorum morborum non omnino certæ sunt predictiones, neque mortis, neque sanitatis ex sententia Hippocratis (1); sed in miliarium morbo quam maxime fallaces. Predictionem autem plura difficilem reddunt; quantitas enim miliarium miasmatis justo æstimari nequit. Varia quoque ægrorum constitutio, & potissimum diversa cutis natura faciliores, & graviores convulsiones accersit, aut e contra. Quælibet denique causa pustulas deprimens, alias bene versurum morbum in feralem mutare potest.

116.

(1) *Aph. lib. II, n. 19.*



116. Majus, aut minus periculum generatim pendet a miliarium veneni copia; humorum visciditate; cutis densitate, & irritabilitate.

117. Robusti, sanguinei, strigosi, difficile perspirantes, herpete, aliisque similibus cutis vitis primum affecti, podagrici, vini potatores, & quos longa mæstitia exercuit, magis periclitantur.

118. Mollioris e contra texturæ homines, & imbecilli morbum facilius evadunt. Fœminæ etiam præ masculis convalescunt.

119. Cito, & in salutem finiturum morbum auspiciari potest Medicus, quando symptomatis convulsificis (73) abeuntibus, pulsu molli, & amplo reddito, pustulæ grandescunt multo sero plenæ.

120. Dolor capitis ante quartam diem repente, maxime in sanguineis, evanescens malus est.

121. Pulsus maxime contractus majorem morbum portendit; perniciosum est pulsum post expulsionem adhuc contrahi; & valide accelerari, & tendi; hæc tensio proximas convulsiones significat.

122. Sudores quo magis diffusi, & præcocios, eo peiores; præcipue si pulsus magna contractio una sit.

123. Urina incerta, & fallax nota est. Mala,

Mala, quæ prompte ex rutila in aqueam mutatur. Constanter, & diu aquea etiam periculosa. Albescens, & veluti serum lactis turbata, muriatici salis fusionem indicat; & morbi plerumque longitudinem.


124. Stuporis illius pungitivi *granf* dicti frequentia, & sensatio plurimis in locis insignem miasmatis copiam arguit. Si cum pulsu contracto, sudoribus, urinis aqueis, aliisque hanc miasmatis copiam denunciantibus, *granf* leves sint, & rari, perniciosum est; significat enim venenum viscida lymphæ irretiri, quæ opportunam pustularum eruptionem impedit.

125. Febris vehementia in prima periodo graviorem morbum non efficit, cum ea non ex miliarium miasmate, sed ab alia causa pendeat, minimeque in simplicissimo, sed in simplici, & complicato morbo contingat. Tunc autem ad prædictionem inquiratur, quid causa febrem movens ad miliarium pustularum progressum conferat.

126. Eruptionis tempus quo citius advenit, eo pejus. Tertio aut quarto die exeuntes pustulæ septimo, & octavo plerumque lethales; minus funestæ quas sexta dies affert. Serius advenientes frequenter bonum exitum habent, nisi cutis, aut humorum den-

E

fitas



fitas magna, aliusve morbus citiorem pustularum eruptionem prohibuerit.

127. Quo citius apparent, plerumque diutius protrahitur morbus, per plures vices (77) exanthematis efflorescentibus.

128. Minutæ pustulæ mali ominis sunt, maxime si multæ fuerint. Quæ dum exeunt, non puncturam, sed pruritum faciunt: malæ etiam habentur. Pessimum est disparere; & eo in statu ægros vomere; minime, aut male videre; cum strepitu potulenta ingurgitare; singultire, & loquaces balbutire.

129. Quo copiosiores, & majis foras pustulæ exierunt; eo promptior, si subsideant, mors accedit. Quæ modo subsident, modo efferuntur, longam sæpe ægritudinem pariunt.

130. Post eruptionem permanentia, & fortiter vexantia symptomata convulsifica (73) mali ominis sunt. Si æger summo opere timeat, & spem salutis abjiciat, vel cum gravi terrore, ac corporis concussionem expergiscatur, valde periclitatur.

131. Cutis post expulsionem minime tumefacta malum indicium præbet; male etiam prædicendum, si eo tempore ex appositis cucurbitulis cutis non elevetur; vel epispastica vesicam non excitent.

132. Convulsiones, quæ morbum inchoant,



ant, aut ante expulsionem nascuntur, fere semper solvuntur; exitiales autem sunt, quæ pustularum subsidientiam consequuntur.

133. Stillæ sanguinis e naribus, quocunque tempore, funestæ sunt. Ab hæmorrhagia, quæ post expulsionem conquiescit, metuendum est. In casu (83. 84.) hæmorrhagia, licet copiosa, non juvat.

134. Sanguis ex vena secta extractus si continuo coccineus, & sine fero sit, timendum valde est; maxime si præcox copiosa pustularum eruptio fiat.

135. Ex adductis eruitur prognosis morbi simplicis, & complicati, si illa etiam considerentur, quæ in varii hujus morbi diagnosi dicta fuere. Extra dubium est morbi complicationem ejusdem periculum plerumque augere pro varia morbi adjuncti indole. Pessima omnium est miliarium cum variolis conjunctio.

136. Recidiva expectanda si morbo soluto nulla, aut pauca sequatur cuticulæ decidencia; persistant vero aliqua ex symptomatis convulsificis.



## CAPUT OCTAVUM.

## EXTISPICIA.

137. **H**ominum hoc morbo ereptorum cadavera cito intolerabiliter foetent, & intumescunt. Calorem tenacissime servant; & naribus saepe non sine vehementia sanguis exilit.

138. Virum, quem miliarium morbus fistulit (m), & puellam ex eadem aegritudine defunctam Berolinenses secarunt, praeter vasa venosa summe turgida nihil memorabile observantes. Eadem concreto cruore plena reperta fuisse testatur *Fridericus Hoffmannus* (n). Quo tempore primum in hac urbe vagari coepit haec febris cum nobilium puerperarum clade, a vigilantissimo Rege nostro mandatum est, ut anatomica dissectione in morbi naturam inquireret Joh. Baptista Bianchi, qui tunc Anatomes Professores munereungebatur, nunc Magistratus Medicorum Princeps est. Is autem certio reme facit se reperiisse quandoque uterum aliquo loco inflammatum; veram autem mortis

(m) *Act. Berolin.* Dec. 1. vol. 2. p. 75. 76.

(n) *Med. sst.* tom. 4. pag. 206.

tis causam scalpelli aciem effugisse. Ego ipse cum simplicissimo miliari morbo sublatum anatomica dissectione investigarem, vasa venosa capitis maxime sanguine distenta, nihil insuper adinveni.



## CAPUT NONUM.


*MILIARIUM A NONNULLIS ALIIS EX-  
ANTHEMATIS DISCRIMEN.*

139. **P**ræter simptomata convulsifica (73), & aliquot alia hujusce morbi peculiariora; sudoris nempe olidi impetus; pulsus cum urina aquea contractionem; minorem, quam in reliquis exanthematis, ante eruptionem febris vehementiam; nec non propriam cujuslibet exanthematis juxta naturam suam invadendi rationem, pustulæ ipsæ etiam se se distinguunt.

140. In febre scarlatina æquali rubore tota cutis perfunditur absque pustulis. Morbillorum pustulæ in pectore, in facie, & reliquo corpore prompte agmitatim erumpunt, nec in vesiculas abeunt, & majorem faciunt cutis ruborem, quam miliarium exanthemata. Purpura rubra (o), plerorum-

E 3 que

(o) *Hac a quibusdam dicitur febris miliaris benigna.*



que Auctorum non solum pustulas multas, sed & etiam vesiculas interdum affert; verum in hoc morbo pustulis interceptæ areæ vehementer rubent, pulsus autem validus, & amplus est. Qui omnia perpenderit, & una comparaverit, is videbit non difficile hasce singulas exanthematicas febres inter se distingui posse.

---

CAPUT DECIMUM.

REMEDIORUM EVENTUS IN MORBO  
NON COMPLICATO.

141. **V**enæ sectio in prima periodo minime pertimescenda, & gravius peccatur, eâ neglectâ, quam si paullo liberalior extiterit. Vehemens febris, delirium, & reliqua gravia symptomata (76) alterius periodi venæ sectione non sedantur; imo convulsiones, & mortem ab ejus institutione accelerari vidi.

142. Emetica, quæ sine purgatione operantur, promptiorem, & faciliorem, sed non mitiorem exanthematum expulsionem reddunt.

143. A purgantium antiphlogisticorum repetita adhibitione retardari, & cum ægritudine manifesta

nifesta utilitate omnem quadoque exanthematum expulsionem prohiberi pluries observavi. Post expulsionem purgantia nocuerunt.

144. In ægri perniciem efficaciora diaphoretica præscripta fuisse animadverti. In prima periodo eruptio festinat ex eorum usu; in alterius periodi casu (76) febrim, & calorem adaugent, quin exanthemata propellant.

145. Antiphlogistica ex acidis eruptionem remorantur; miliarium etiam miasma aliquo modo corrigunt, maxime quæ ex regno vegetabili desumuntur. Assiduus & multus eorum usus in altera periodo nocumento non caret.

146. Absorbentia neque hilum morbi impetum, aut atrocitatem fregerunt; magnam autem diluentia, emollientia, acescentia, utilitatem attulerunt.

147. Ex vesicantium usu excitatum ulcus pustularum eruptionem non sustulit, aut imminuit; neque male erumpentium, aut percussorum exanthematum materiam deduxit; nisi quando viscidæ limphæ miasma inhæsit. In simplici morbo pertinacem rheumatismum, ac dolorem solvit ad affectam partem proxime admotum epispasticum. Vesicantium actio pulsum elevat, &



eruptionem sollicitat. In statu (76) vesicantium ulcera plerumque exsiccantur; eoque tempore applicita epispastica perniciosâ sunt, aliquando utilia in casu (83).

148. Frictiones excitant exanthemata lente, & difficulter erumpentia, tum etiam in casu (83), subsidentia. Inquietos, & convulsionibus jam fereprehendendos ægros etiam levant.

149. Eadem fere præstant cucurbitulæ, si maxime cum scarificatione sint. Inquietudines, & advenientes (76) convulsionem aliquando moderantur, aut fugant, exque utilius adhibentur in statu (83). Delirium (76.80) magna cum scarificatione occipiti apposita cucurbitula aliquando sedavit; hoc remedii genus efficacius visum est, quando delirium aut in prima periodo, aut initio secundæ (100) advenit.

150. Fetus in secunda periodo adhibiti, five ad pedes, five ad artus, per lintea calida, & humentia eosdem involvendo, utiles admodum sunt. In casu (76) ad calorem moderandum, cutis siccitatem tollendam, & convulsionem arcendas, aut sedandas nihil magis conducit, quam fotu moderate calido quantum licet corporis molire, & fovere,

151. Vesicularum miliarium disruptio nulli-

nullius est emolumenti; nam disruptæ vesiculae prompte repullulant, neque scro vesicularum elicitò minuuntur symptomata.

152. Convulsiones denique, quæ pustularum eruptionem sequuntur, nec opiatis, nec antispasmodicis obediunt.

### CAPUT UNDECIMUM.

#### NUM ANTE LIPSIAE EPOCHAM VISA SIT MILLARIS FEBRIS.

153. **I**is expositis, quibus historia morbi continetur, antequam in ejus naturam inquiratur, opportunum videtur investigare, num revera novus morbus, & veteribus invisus sit miliarium febris; quod ut accuratius decernamus, præcipuas, quæ ad rem nostram faciunt, auctorum observationes afferemus.

154. Medicinæ parens *Hippocrates* pluribus locis pustularum in febribus advenientium mentionem habet. Pustulas velut a *culicum morsu* productas observavit in *Fulione, Pherecyde, & Euphranoris filio (p)*, quas *asperitudines cutis miliaceas* nominat, ubi æstivas febres, quibus mulieres vexabantur,

E 5

(p) *Lib. VII. de morb. popul.*



tur, describit (q). Pustula pruriginosa calida, velut ambusta cute per totum corpus in Andrea circa vigesimam quintam effloruerunt (r). Timonactis filio ferme bimestri in cruribus, & in coxis, & lumbis, ac imo ventre, & tumores valde rubicundi: his autem sedatis convulsiones, & comitiales fiebant, sine febris multis diebus, & mortuus est (s). In Sileno octava die papula cum sudore rubra, rotunda, parva veluti vari permanebant, non abscedebant. Pronunciavit etiam Hippocrates: quibus in febris continuis pustula per totum corpus erumpunt, lethale, si non purulentus abscessus fiat, maxime autem circa aurem his fieri solet (t). Inquit etiam: quibus salsa sputa cum tussi subsistunt, iis corpus velut efflorescentibus pustulis rubescit, ante obitum vero exasperatur (u). Hæc potissima sunt loca Hippocratis, quibus miliarium morbum indicari nonnulli volunt. Ego quandam quidem miliaris morbi imaginem aliquibus in locis exhiberi video. Tanti vero non est, ut evincat, revera iis locis Hippocratem de miliaris exanthematis fuisse locutum.

155. Hip-

(q) Lib. II. sect. III. de morb. popul.

(r) Lib. VII. sect. Epidem.

(s) Ibid.

(t) Coac. præn. sect. I.

(u) Coac. præn. sect. II.



155. Hippocrati coævus celeberrimus Scriptor *Thucydides*, atrocem Atheniensium pestilentiam describens, (x) ait: *Et corpus quidem exterius tangenti non erat admodum calidum, neque pallidum, sed subrubrum, lividum, parvis pustulis, Et ulceribus efflorescens; interiora vero ita flagrabant, ut neque tenuissimorum vestimentorum, aut linteorum injectiones sustinerent, neque aliud quidpiam præter nuditatem, Et libentissime in aquas gelidas se conjicerent.* Galenus narrat (y) in pestilentia, quæ prolixior ætatem est consecuta, quibusdam corpus circumundique scatuisse pustulis nigris paullatim deinde siccescentibus, Et veluti squama decidentibus. Avicenna (z) signa febris pestilentis referens nonnulla recenset etiam miliaris febris propria, *anbelitus nempe difficultatem cum magna respiratione, urinas interdum aqueas sudores foetididos &c.* Quod vero ad rem nostram maxime facit, addit: *quandoque accidit cum ea bothor subalbida, Et rubea, Et quandoque est velocis apparitionis, Et velocis occultatio-*

(x) *Thucydidis de bell. Pelopon. lib. VIII. cum nota Josephi Wase, Et Antæ Ducheré Amstelodami* 1731. fol. vid. lib. II. §. 47. (y) *De atra bile cap. IV.* (z) *Lib. IV. jen. I. tr. IV. c. 2.*



tationis. *Nicolaus Massa* (a), ubi agit de carbonibus, & aliis tuberculis, observat eos nunc magnos, nunc parvos, nunc duros, nunc in vesicam abeuntes, easque modo magnas, modo parvas esse. Observationem febris pestilentis cum pustulis refert *Johannes Baptista Montanus* (b). Qui peculiarem autem de febre pestilenti librum scripsit *Petrus Salius* (c) exanthematum, quæ febribus pestilentibus superveniunt, differentias accurate profequitur. Animadvertit autem differre colore, quoniam alia alba sint, flava alia, alia rubra, punicea etiam, aut nigra, distingui etiam magnitudine quibusdam milii semen vix æquantibus, aliis superantibus, ita tamen ut vicia majoris magnitudinem raro excedant. Monet autem, iterumque monet cum peticulis non esse confundenda. Eadem post *Petrum Salium* fere repetit *Lazarus Riverius* (d).

156. Sed omnino ad miliarium morbum referendæ mihi videntur pustulæ, quas vidit *Diemberbroek* (e) anno 1636. in duabus mulie-

(a) De febr. pestil. Sc. lib. Venetiis 1540. 4. vid. cap. VI.

(b) Consult. medic. cent. II. Venetiis 1559. vid. p. 598.

(c) Vid. cap. XVIII.


(d) Prax. med. lib. XVII. sect. III. cap. I. de febr. pestilent.

(e) Tract. de pest. histor. XXVII. Sc.

mulieribus peste Noviomagi correptis. In muliere febris pestilenti correpta (f), quæ nullum pestis externum signum habuit, ait, nona die apparuerunt pustula parva, rubicunda magnitudine milii seminis in toto corpore. In inguine etiam bubo ovi columbini magnitudine protuberavit, atque sic agra convaleuit. Uxor Lamberti de Schermbeeck (g) peste correpta nullum externum pestis signum habuit. Quarta die totum corpus phlegmonoso quodam rubore suffusum, & exiguis pustulis non majoris, quam milii seminis magnitudinis obsitum fuit. Hinc anxietatem multum levatam fuisse sensit. Verum agra sudoris fetorem fastidians me nesciente indusium mutavit, & sordido abjecto aliud nitidum induit, quod tamen prohibueram. Hinc protinus evanuit tota illa corporis rubedo, & pustulae quasi exsiccate subsederunt. Febris acutissima cum maximis anxietatibus, & capitis doloribus accessit, quæ agram intra sex horas jugulavit. In adnotationibus autem ad hanc historiam habet raro pestilentem febrem tali modo solutam fuisse; quibus hæc exanthemata eveniebant, evadere, nisi sudorem contemnerent; & pustulas primum exsiccare, deinde cuticulam decidere.

157.

(f) *Histor.* xxvii.(g) *Hist. C.*



157. Peticularum, quæ Tridenti anno 1591. grassatæ sunt, differentias exponens Octavianus Roboretus (b) innuit ab aliis cutim non elevari, neque asperam, aut inaequalem reddi: alias vero, (quod rarissime eveniebat) exiguorum tuberculorum instar, atque variolarum, quæ tamen rarissime admodum suppurari visæ sunt, fuisse paullo elatiores. Peticularem etiam febrem Petrus a Castro (i) distinguit in pulicarem, & culicarem. Prima nullam prorsus elevationem in cute producit, altera aliquam, aut etiam vesiculas, seu hydatides, quæ non carent sua malignitate. Verum peticularem febrem, in qua primum peticulæ, deinde miliaria exanthemata effloruerunt, diligenter narrat Lazarus Riverius (k).

158.

(b) Tr. de febr. peticul. frequens, & inæqualis, & Sc. Tridenti 1592. 4. v. corpus totum exanthematis p. 180. purpureis refertum. Decima prima die æger delirio,

(i) De febr. malign. pun- & convulsionibus vexabatur. Decima quarta die

(k) Obs. 21. C. I. de febr. purpurata. Die 18. paullo melius se habuit Decima sexta die pustule quamplurimæ animadvertæ sunt instar variolarum ad suppurationem tendentes magnos quidem numero circa vesica-


158. Experientissimus sui ævi Medicus *Johannes Crato* (l) consilium dedit pro Barone dolore capitis afflicto post febrem, quam ipse quidem peticularem vocat, at mihi miliaris potius vocanda esse videtur. Huic etenim viro post capitis dolorem, & pectoris gravitatem, quibus multis diebus vexatus fuit, tandem una nocte in toto corpore eruperunt exanthemata rubra, minime lata, quæ in pectore evanescere paullo post cœperunt. In manibus autem quasi papule aliquid humoris conceperunt, & ichor effluxit. Cum maximo pruritu tota cuticula renovata fuit. Cum vero erupissent exanthemata, & papula, copiosissime quinque noctibus sudavit &c.

159. Febrim quamdam efferosæ nomine describit *Zacutus Lusitanus* (m) in duobus pueris observatam, quibus cum febre valida, dolore totius corporis, & lassitudine una nocte

vesicatorium, tum sparsæ per dorsum, lumbos, & nates. & diaphana humore seroso refertæ infinito propemodum modo apparuere &c.

Decima septima prædictæ pustulæ majori ex partæ erupitæ apparuerunt, & ad exsiccationem tendentes, venarum in parte anteriori circa hipocondria, & pectus (l) Consiliorum medic. lib. opera & studio Laurentii Scholzii Francofurti ad Mænum 1598. v. p. 214.

(m) Prax. admir. lib. III. obs. 16.



nocte pustula in superficie corporis affatim apparuere, & ita increvere, ut matutino tempore pueri scalpentes eas dirumperent, a quibus emanavit tenuissimus ichor, . . . & nova materia ad cutem confluenta alia de novo pullularunt pustula aliis jam exsiccatis . . . Sanguine misso, julapiis ptisanis, & levi solutivis ulcera sponte siccata, & sic puelli sanissime deinceps vixerunt. Consimilia serosa exanthemata observavit Carolus Piso (n), qui refert in nobili puero detento febris vehementi, quam comitabantur magna lassitudo, & summa pectoris angustia, & dolor capitis, quarta die post vigiliis, & delirium maculas in toto corpore apparuisse, maculas autem sensim elevatas fuisse non in acumen, & conum, sed longe, lateque admodum, ut universa facies una cum toto corpore non sine horrore spectantium admodum intumesceret; ea autem sero ebulliente turgebant, ut totum corpus vesiculis scaterere videretur &c. Num hæc Zacanti, & Pisonis observationes ad miliarium morbum pertineant, videant alii; mihi quidem alterius naturæ fuisse videntur; & Pisonis exanthemata ad urticatam quandam febrem referrem.

160. Qualia in miliari febre exanthemata efflo-

(n) Observat. Seleffi. lib. sec. v. cap. 4.

ta efflorescunt, ea etiam in variolis ab Avicenna (o), & Epiphanio Ferdinando (p) observata sunt. Qui *Mortonum* aetate consecuti sunt Medici ea plerique adnotarunt, & *lymphaticas* variolas dixerunt. In angina vero gangranosa minutæ pustulæ in collo, & pectore sæpè videntur (q); imo in ea gangranosa angina, quæ novæ Angliæ viginti, & amplius ab hinc annis funesta admodum fuit, & a Gulielmo Duglass (r) describitur, pustulæ in toto corpore nascebantur.

161. Ex observationibus itaque *Diemberbroek*, (156), *Cratonis* (158), *Riverii* (157) colligi potest vera miliaria exanthemata ante Lipsiæ epocham jam visa fuisse, & miliaribus similia in peste (155), peticulis (157), variolis, & angina maligna (160) occurrisse: ubicunque nempe gangranosam indolem humores nostri adepti forent; videmus enim in gangrana etiam a causâ quacunque similes exoriri malignas vesiculas.

162.

(o) *Lib. 4. fœn. 1. tr. su, & Fothergill. l. c. p. 22. 4. cap. 6.*

(p) *Historia centum. Veneris. Of an epidemical seaver with an angina ulcusculosa. Boston in New England 1736.*

(q) Vid. *Marcum Aurelium Severinum de pestilente, ac præfocante pueros absces-*

F



162. Integra vero nostri morbi progressus historia ostendit ex Lipsia petendam esse morbi originem, & idcirco tanquam novum morbum ex contagio (s), non ex mutata victus ratione inventum esse considerandum.

163. Quænam vero causa morbum Lipsiæ excitaverit, plane ignoratur: ea etiam latuit præstantem, & accuratum *Velfchium*, qui morbi novitatem primus attendit. *Conradus Trumphius* (t) ait ex nonnullorum opinione Lipsienses a Polonis morbum contraxisse, & hos a Moscoviticis, qui cadavera humana olim comedebant. Mihi liceat suspicari

(s) Per hominum confortium aëris ope morbum communicatum fuisse plannum, apertumque esse puto (§. 58.); aliquando etiam contactu se se multiplicavit. Narrat Joseph Grunwald. (v. app. ad vol. 6. p. 42.) interdum contigisse, ut, cum ægri assistentium manus deoscularentur in gratiarum actionem, ab osculo macula excitaretur, in cujus medio pustula veluti variolosa excresebat &c. Hanc ad rem con-

firmendam singularem adducam observationem. Nobilis Matrona filia suæ hoc morbo detentæ diligentissime assistens, & frictions ipsa exereens retulit pustulas miliares in manibus, & brachio sine incommodo efflorescentes, talis efflorescentia quum aliquandiu perdurasset, & ex improviso evanisset, simili morbo paullo post laboravit.

(t) L. c. §. II,



spicari pestis feminium esse, quod ea ratione propter cœli diversitatem degeneraverit. Pestis feminium miliaria exanthemata anno 1637. produxisse nos docet *Diemberbroek* (156). Sudor Anglicus præterea miliari febrili analogus morbus in Anglia ortus est ex pestis miasmate, quod ex Rhodo insula milites Henrici Septimi Gallorum Regis in Angliam transportarunt (u).

---

CAPUT DUODECIMUM.  
MIASMATIS MILIARIUM PROPRIETATES.

164. **A**ëris ope ex hominum consortio (54) multiplicatur, & diffunditur.

165. Per aliquod tempus, & diu etiam innocuum ( 19. 21. 34. 36. 37. 45. 50. 87. 96 ) in corpore hospitatur.

166. Peculiari, & propria vi solida, & nervos potissimum convellit, & tendit ( 72. 73 ).

167. Sanguinem, & prætipue lympham cogit ( 85. 95. ).

F 2

168.

(u) *V. Freind. hist. med., cardo Mead tradotto in Ragionamento sopra il Toscano &c, Firenze 1734. contagio pestilenziale di Ric- V. p. 5.*



168. Plerumque primo vasorum lymphaticorum inflammationem facit, quæ resolvitur (95); postea etiam sanguineorum,

169. Mobilis naturæ humor fugacem idcirco, facileque solubilem inflammationem facit (95. 98. 99).

170. Ad cutim magno impetu a natura propellitur, mobilisque alibi humor ibi figitur.

171. Sudoris, & perspirationis materiam peculiari vi corrumpit (73), quod ostendit sudor, dum miasma cutim petit, statim olidus (73. 95).

172. Vis hæc corruptiva in altera morbi periodo ad alios etiam humores extenditur, excepto sanguine: quod probant excreta biliosa fœtidissima (76. 77) & cadaveris status (137).

173. Cutis nervis maxime inimicum est hoc miasma (76. 83. 90. 93 &c.)

---

## CAPUT DECIMUMTERTIUM.


### *MIASMATIS NATURA.*

174. **H**æc constitui posse videtur in substantia tenuissima, exstimulanti, veneno prorsus æquiparanda. Tenuitas demonstrari videtur a miasmatis proprietatibus (168.)

( 168. 169. 170 ) ; quod enim tenuissimum fit, idcirco alibi mobile retinetur solum a minimis cutis vasis, atque iis præcipue, quæ in extima cutis facie sub cuticula hiant. Vim extimulantem comprobat satis univèrsus morbi progressus. Maxima vero, & prompta, quam in nervos exercet, actio tantæ malignitatis arguit hoc miasma, ut omnino veneno æquiparari possit. Neque sane ab hoc miasmate natura longe distat hydrophobiæ venenum, quod assertum effectuum utriusque consideratione illustrabimus. Hydrophobiæ venenum diu in corpore innocuum hospitatur; rabiei incipientis effecta sunt convulsifica, quæ perpetuo crescunt; & cadavera hominum a lupo rabido demorforum celerrime computruisse narrat *Joannes Astruc* (x). Ex his patet proprietates miliarium miasmatis ( 165. 166. 172 ) etiam cum hydrophobiæ veneno communes esse. Hoc intercedit discrimen, quod hydrophobiæ venenum sanguinem sæpe figat, maxime in œsophago, ventriculo, intestinis, pulmone; miliarium autem miasma lympham sæpius inficiens, ( *forſan tenuim* ), eam in extimis vasis cutis figat. Convulsiones funestæ in

F 3                      hydro-

(x) *Disput. de hydrophobia. Monspelis 1719. 12.*



hydrophobia sæpius ex gangrænosa vaforum inflammatione, in miliari febre ex cutis affectione producuntur. Analogum quoque miliarium miasmati est celebre mytulorum venenum, de quo docta Dissertatione dissertuit Præcl. *Paulus Gerardus Moerhingi*us (y) Recte igitur miasma miliarium veneno æquiparatur. Penitius in ejus naturam introspicere nobis non licet, & libenter hujus generis investigationes prætermittimus; particularum enim, quibus venena plura operantur, naturam assequi non licet. Videant alii, num acidum, an alkalinum sit; animatum hoc miasma, nec ne: nobis satis est, quantum licuit, miasmatis præcipuas proprietates determinasse.

---

## CAPUT DECIMUMQUARTUM.

### IN MORBI NATURAM, ET PRÆCIPUA PHŒNOMENA INQUIRITUR.

175. **I**N prima periodo levem quandoque morbum exhibet, &, si de simplicissimo

(y) *Epistola de mytulo-* p.113. Mytulorum, (qui, sum quorundam veneno Sc. ut Auctor putat, ab urticis marinis venenum contra-

fimo fermo fit, nihil aliud apparet, quam miasmatis ad cutim motus cum symptomaticis morbi convulsificis (72. 73). Si agatur de morbo simplici, qui longe frequentior est, morbum exhibet ex inflammatione vasorum lymphaticorum, aut sanguineorum, nervorumve irritatione pendentem. In altera periodo inflammatoriam evidenter indolem morbus habet non sine humorum corruptela (171. 172).

176. Contractio pulsus huic morbo propria producitur a vi hujus miasmatis (166): ex ea etiam deducenda sunt symptomata convulsifica (73 &c.), atque ex vi contractionis vasorum, tum etiam ex miasmatis proprietate (171) non difficulter ratio reddi potest sudorum, qui assidui, & olidi hoc in morbo erumpunt.

177. Stuporis pungitivi *granf* dicti, rationem deduci debere ex vi stimulante miasmatis probat hujusce symptomatis praesentia, usquedum excernendum idem in corpore persistit (75. 89 &c.). Putamus idcirco stuporis hujus pungitivi sensum exci-

F 4

tari

traxerant), eius primo maximas praecordiorum anxietates, deliquia, & motus convulsivos; deinde papulas, & vesiculas in univ. cute brevi excitavit.



tari a fibrarum nervearum punctura (z), quam consequitur nervorum tensio, qua vasa veluti strangulantur. Quoniam autem in digitis manuum, & pedum firmius cuti hærens cuticula pustularum eruptioni renititur, & miasma cogitur ibi profundius in cute residere; eapropter magis hisce in locis stupor ille pungitivus molestus est. Forsan etiam major ibi nervorum sensibilitas hujus effectus causa est?

178. Qui consideraverit vi magna pulsus contrahi, & nervos hoc in morbo tendi, & convelli, is explicabit, cur ea ratione, qua crescunt memorata symptomata convulsifica, urinæ decolorentur. Ingens porro aquei lotii copia in altera periodo (76. 80) repetenda est non solum ex nervorum contractione, sed ex motu humorum velocissimo, & diminuta eo tempore sudoris, & perspirationis evacuatione.

179. Cum dolor cæteris paribus acerbior sit, majori existente fibrarum nervearum tensione, quæ ab hoc miasmate plurimum increfcit; patet, cur dolores in morbo simplici (95. 98) vehementes, & acerbi sint.

180. Tenuissimum miliarium miasma ad ea vasa delatum, quæ cuticulam cuti jungunt


(z) Adnotetur hoc miasma, dum pustulas in cute elevat, puncturam facere (§. 74.)

gunt, aut immediate, si velis, sub cuticula hiant, atque ibi retentum humoris perspirationis excretionem impediens, & irritatione majorem affluxum promovens, cogit eadem, ut opinor, in hydatidem ab appellente continuo humore amplificari, usquedum hujusce vasculi substantia separetur, & cum ea miasmatis particula abeat.

181. Donec ad memorata maxime exteriora vasa venenum delatum sit, cutim pertransiens perpetuo symptomata convulsifica facit, eo quod præ reliquis humani corporis partibus sensibilis cutis sit, & pene nervorum contextus. Observamus autem omnium deterrimas convulsiones sequi subsidentes pustulas; hujus phænomeni causam anatomica observatio aperit, qua edocemur, nervos in extrema cute abire in nudas papillas. Si itaque tenuissimum (174), maxime exstimulans, veneno æquiparandum miliarium miasma propter depressas pustulas in has papillas agat, nihil mirum, si vehementissimæ convulsiones subsequantur. Ad hujus phænomeni explicationem adduci possent venena nonnulla, uti Aspidis, Viperae Virginicæ &c. (a), quæ brevissimo temporis spatio morfu necant, uti verisimile est,

F 5 cutis

(a) *An account of Virginia by M. Clayton.*




cutis nervos afficiendo: sed placet evidentiore exemplo rem hanc patefacere, convulsionum nempe, quæ simplicissimam quamlibet nervi puncturam consequuntur.

182. Miasmatis substantia in cute hærens nervos, vasque exstimulans inflammationem in cute facit vasorum sanguineorum, & lymphaticorum. Huic cutis inflammationi si addas majorem vasorum vim contractilem, humorum, & sanguinis hoc in morbo densitatem, habes, cur tanta febris accendatur cum tam magno calore; cur cutis intumescat; & quæ reliqua hoc in morbo occurrunt, præcordiorum nempe anxietates, sitis, inquietudines &c., brevi nascantur.

183. Magnus fluidorum cum solidis affricus, summus calor, ipsa miasmatis actio (171. 172) in causa sunt, cur olea attenuentur, salia volatilia reddantur, corruptivam indolem humores acquirant, biliosa foetidissima egerantur, & salia muriatica soluta urinam, & salivam inficiant (77).

184. Cerebrum, & caput universum sanguine repletur præter modum propter nervorum motus convulsivos, febris vehementiam, & inflammatae cutis resistantiam, ex qua fit, ut sanguis ad interiora urgeatur, & propter nervorum motus ad caput determinetur.






185. Quum pluries animadverterim ægros sine vehementi febris, & absque insigni cutis inflammatione, & gravibus symptomatis, salutis magnam spem facientes, ex depressis pustulis brevissimo temporis spatio e vita ereptos fuisse; hanc eapropter opinionem teneo mortis causam hac in ægritudine non febris vehementiæ, non cutis inflammationi, sed nervorum, & præcipue papillarum cutanearum puncturæ tribuendam esse. Quid autem nervus hac occasione patiatur, unde vehementissimæ universales convulsiones nervorum omnium producantur, me ignorare prorsus fateor.

---

## CAPUT DECIMUMQUINTUM.

### *CURATIO MORBI SIMPLICISSIMI IN PRIMA PERIODO.*

186. Quandoquidem certum est malum fere totum, omnesque turbas excitari a miasmate quodam venenatæ indolis ad cutem delato, prima indicatio, quæ statim se se offert, hæc esse videtur, ut remedio quodam efficacissimo venenum hoc corrigatur, aut ea ratione immutetur, ne possit amplius, ctsi ad cutem delatum, consueta mala pro-



la producere; altera ut evacuetur, prohibeturque ne cutim petat.

187. Specifici cujusdam ad *febres puerperarum mali moris* ( hoc est adversus febrem miliarem ) certiores fecit Francofurtenses Medicos sexdecim abhinc annis *Johannes Gerardus Wagner* Medicus Lubecensis ( *b* ). Hujus remedii tantam esse vim prædicat, & efficaciam ad morbum hunc curandum, ut neque unica puerpera hac methodo pertractata perierit. Efficacissimam hanc medelam facit pulvis quidam mole parvus prope insipidus, & inodorus, cujus drachma una tribus aquæ cujusdam destillatæ soluta tertia, vel quarta quaque hora exhibeatur, statim ac apparent signa futuræ purpuræ, aut metus est, ne in febrem purpuratam ægra incurrat. Quod si jam purpura in cute effloruerit, tunc majori frequentia datur singulis nempe horis eadem dosi, vel, si opus est, majori tamdiu, donec memorata symptomata mitescant. Cum autem omnino evanuerunt, tunc paulatim medicamentum hoc derelinquitur. Alvum hæc medicina non ciet, nec alias promovet evacuationes, nisi, ut ait Auctor, forte urinas ab initio

( *b* ) De medicamento quo- mali moris Epistola. Lubecæ ad puerperarum febres ca 1742.





ex usu pulveris cujusdam, quem dimidium granum mercurii dulcis ingrediebatur, & scrupulus dimidius pulveris e chelis cancrorum compositi, dati per quatuor vices singulis diebus non una vice saluberrimos effectus conspexisse, ut materię morbificę nimum versus cutim juvaret. Addit mercurium dulcem exhibuisse non una vice, cum a retrocessione pustularum metueret, *& res ista, inquit, feliciter cessit, nec diffiteor aliquando minus prospere successisse, sed utriusque causę me latent; persuasum mihi non facile erit virtutem specificam residere in mercurio dulci &c.*

188. Morbi interim natura, & progrediendi ratio suadet in specificum inquirere; videmus enim pleraque mala, quorum causa est certa, determinataque quędam liquorum corruptio, aut immutatio, per specifica debellari. Febris quartana erat quondam Medicorum opprobrium; lues venerea magna prorsus remedia eludebat; dissenteria misere, quos aggrediebatur, e vivis eripiebat; terribile viperę caudisonę venenum olim extitit. Morbi hi singuli suum specificum nunc habent, quorum ope non difficile vincuntur; Æquum eapropter est, ut velint Medici operam suam omnem conferre, variaque experiri ad hoc specificum dete-

detegendum. Prout mea de hoc malo cogitata suggerebant, varia data occasione tentavi. Cortex Peruvianus maximum in corruptione, & gangræna etiam remedium miliarium miasma neutiquam infringit. Aliquantulum corrigunt acida vegetabilia, ut succus malorum medicorum, & sal essentialè acetosellæ: sed neutiquam omnino valent vim miasmatis hujus deleteriam cicurare. Hoc miasma videtur requirere inter acida specificum, quod tenuissimum sit, ut ad ea minima vasa perveniat, quæ propter suam tenuitatem petit miliarium venenum.

189. Diximus hucusque de miasmatis correctione, quæ fiat per illud specificum, quo natura miasmatis mutetur; videndum nunc est, num inutilis veneni hujus actio reddi possit, tametsi ad cutim feratur (186). Tenuissimæ naturæ venenum cum sit (174), diu innocuum in corpore hospitari potest (165); solida irritando, & tendendo (166); sanguinem, & præcipue lympham sensim cogendo (167) morbum fere non excitat, nisi cum tenuissimis vasis cutis retinetur, aut propter majorem humorum densitatem (in simplici & complicato morbo) alibi figi cogitur. Si igitur efficacissimo attenuanti remedio ea lymphæ, & sanguinis densitas, propter quam miliarium miasma innocuum ampli-

amplius non est, solvatur, ea ratione tunc immutabitur, ut consueta mala excitare amplius non valeat. Incomparabilis Boerhaave, variolarum miasmatis specificum querens, inquit (f): *In stibio, & mercurio ad magnam penetrabilitatem arte deductis, nec tamen salina acrimonia nimium corrosivis, sed bene unitis, ut queramus; incitat aliquis horum aliquando successus.* Talis remedi in miliarium morbo, cujus tanta, ac variolarum velocitas non est, & saepe etiam praevideri potest, magnam utilitatem licet augurari. An ne hunc in scopum ipse mercurius sublimatus corrosivus ea ratione, qua celeberrimus Swietenius (g) ad luem veneream efficacissime adhibet, ut actio miasmatis miliarium eludatur, alicujus utilitatis esse posset? Vidimus alibi (174) hydrophobiae veneno quodammodo accedere miliarium miasma, & notum est ex James (h), Desfaut (i), Sauvages (k), & Choisel (l), observava-

(f) Aphor. 1392.

(g) Cl. Gerardi Swietenii ad Josephum Benvenuti Epistolam binam. Lutetiae 1755.

(h) James new method of curing madnesse. p. 45.

(i) Dissertation sur la ra-

ge. Bourdeaux 1733.

(k) Dissertation sur la nature, &amp; cause de la rage. Toulouse 1749.

(l) Nouvelle methode pour le traitement de la rage. Paris 1756.

servationibus præstans adversus hydrophobiam remedium ex mercurio peti. Reliqua præterea hydrophobiæ præfidia, uti pulvis antilyssus Londinensium, cynosbatos, cantharides &c. humores attenuando videntur id facere, ut sanguinem ex hydrophobiæ veneno coactum solvendo, innocuum venenum reddant. Multi igitur interest remedium quarere, quo & in miliarium ægritudine prompte sanguini, & lymphæ fluiditas restituatur. Moschum etiam, aut consimile remedium, ut Medici in miliarium morbo experiantur, suadeo. Medicinam similem illi, quam Chineses (m) adversus hydrophobiam commendant, semel expertus sum felici cum successu in homine sexagenario, podagrico, & miliari febre correpto, quæ in prima periodo dolorem nunc ad pectus cum sputo sanguinis, nunc ad pedis pollicem instar podagræ recurrentem mentita fuerat, & miliarium quarta die protulerat expulsionem. Animadverti symptomata convulsifica in secunda periodo præter expectationem mitissima fuisse, urinas coloratas perstitisse, sudores non

(m) *Phil. transf. n. 474.* moschi grana sexdecim, & recipit chinense remedium cinnabaris grana viginti,

## G



non intermisisse, undecima die ex integro convaluisse. Dabatur singulis sex horis bolus, qui recipiebat moschi grana octo, æthiop. miner. gr. xii., succini albi gr. xv.: bis secta fuit vena. Unicam hac de re habeo observationem, alias, cum dabitur occasio, instituam. Hortor interim quam maxime Medicos, ut velint his, si arrident, rationibus ducti varii generis remedia efficacissima explorare.


190. Altera indicatio (186) est, ut e corpore eliminetur, prohibeaturque, ne cutim petat miliarium miasma, qua methodo abruptitur omnis morbi progressio. Deo dante ad utilem hanc extraordinariam curandi methodum inveniendam felices extiterunt cogitationes nostræ, ea reperta curandi ratione, qua memoratæ indicationi fatis fit. Ea postulat, ut sudores minime colantur, sed sine gravi errore negligantur; æger affatim bibat aquam cum soluto sale essentiali acetosellæ, aut cum succo addito malorum medicorum, & saccharo; post sectam venam semel, bis, aut etiam ter, si plethoræ status id exigat, purgante efficaci antiphlogistico pluries alvus ducatur, in qua purgatione observandum est eam ter plerumque esse repetendam, cum bina raro sufficiat. Quo magis urgent sudores cum  
pulsu



pulsu contractiori eo promptius purgans medicamentum exhibendum, neque, si dicti sudores premant vespertino tempore, matutinum expectandum est; sed illico succurrendum. Mobilis enim humor miliarium, maxime in simplicissimo morbo, brevissimo temporis spatio cutim petit, & exanthemata parit, quæ quando apparuerunt, hanc medendi rationem amplius non patiuntur. Nunquam hanc methodum in simplicissimi morbi prima periodo me fefelisse certiores Medicos facio, & rogo quam maxime, ut velint experiri, eandemque amplificare. Adhibui fere semper pro purgantis dosi unciam unam, & semissem, aut etiam uncias duas pulpæ cassiæ recenter extractæ, aut syrupum ipsum e floribus persicorum. Quandoque, ubi validas purgationes ægri constitutio non permetteret, exhibui bis in die memoratum syrupum e floribus persicorum unciarum duarum dosi una addito cichorei succo. Ea ratione, qua alvus ducitur, minuitur pulsus contractio, sudores disparent, & alvo exonerantur fœtidissima ardoris sensum, dum exeunt, excitantia. Post valetudinem restitutam, quod intra septem, aut novem dies, ad summum undecim evenit, consului ægros aliquandiu in malorum medicorum usu persistere;

G 2

neque



neque morbum repullulasse animadverti.

191. Videamus modo, quæ præter extraordinariam hanc methodum facienda sint, si Medicus velit, ut per cutis viam periculi plenam miasma evacuetur. Eo in casu sequentes, ut mihi videtur, occurrunt indicationes.

I. Tensas fibras emollire, quod fit decoctionibus herbarum emollientium, sero lactis, emulsionibus ex seminibus frigidis, aliisque similibus.

II. Sanguinem, & lympham hoc in morbo (167) plerumque coactam sero donare, & solvere nitibus attenuantibus, quæ non calefaciant, & ad cutem non propellant, cum nimium cito exanthematum expulsiō in simplicissimo morbo adveniat.

III. Curare, ut circuitus humorum libere perficiatur; ad hoc autem nihil magis confert, quam paullo liberalius sanguinem mittere, cujus educatione occurrit etiam Medicus inflammatorio statui, quem sanguis concipit in altera periodo.

IV. Symptomata convulsifica sedare: hæc autem cum pendeant ex nervorum, & potissimum cutis irritatione, antispasmodicis non obediunt; sed iis solum corrigi posse videntur, quæ miasmatis actioni se se op-

fe opponunt, ejusque vim infringunt. Quid de opiatīs, aliisque remediis sentiam, suo loco dicetur.

*In altera Periodo.*

192. Si pustulæ cito grandescant (75) & post expulsionem exanthe matum simptomata convulsifica (73) evanescant cum pulsu molli, & amplo, nullam amplius excernendam miasmatis copiam superesse significabitur; neque aliud quidpiam peragendum Medico incumbet, quam vires ægri, & pustulas, cutisque madorem blande sustinere convenienti victu, diluentibus, emollientibus & levibus etiam diaphoreticis. Cito exsiccatīs pustulis salus redibit.

193. Plura autem peragenda occurrunt in casu (76): tunc necessum est:

I. Expellentem naturam juvare, ut plena fiat exanthe matum expulsio.

II. Curare, ne pustulæ subsideant.

III. Convulsivis subsidentium, aut male erumpentium pustularum effectibus mēderi, lethalesque convulsiones præcavere.

IV. Seri jacturam reparare (178).

V. Corruptivam (172. 183) humorum acrimoniam emendare.

194. Primæ indicationi succurritur diluentium, & mitium diaphoreticorum usu; &



cutis vasa aperiendo, si status ejusdem id postulaverit. Quæ sanguinis motum cohibent, aut omittenda, vel magna cum moderatione adhibenda.

195. Pustulæ subsident pluribus de causis.

Circulatio per cutanea vasa difficilis ex magna vasorum inflammatione, aut nervorum contractione lympham ad pustulas efformandas necessariam subtrahit; calore interim cutis cito memoratæ pustulæ, seu potius vesiculæ exarescunt; unde subsideant necessum est, atque ex miasmatis in papillas nervosas actione (181) convulsiones (76, 80) subsequantur.

Sanguis minori, quam par est, vi ad memorata cutanea vasa appellens eundem effectum producit.

Causa demum quælibet externa in contractionem adducens lymphatica in miliares vesiculas amplificata vascula, easdem depriimi cogit.


Circulationem humorum juvabunt frictiones, frotus, cucurbitulæ cum scarificatione.

Paullo plenior victus, non omissio aliquo efficaciori diaphoretico, ei medebitur pustularum subsidentia, quæ ex secunda causa nascitur; si vero ex metu impetus sanguinis ad cutem frangatur, exhilarandus insuper  
ager

ager est, probabilique fermone in spem erigendus.

Potissima causa externa vesiculas deprensens, frigus externum est, quod postulat, ut statim potione aliqua calidiuscula, & fotubus pustula iterum eleventur.

196. Subsidentium pustularum effectus sunt cutis cum calore siccitas, febris vehemens, & motus nervorum convulsivi. Hic agri status plura exigit. Ad sanguinis, & humorum impetum minuendum mitia attemperantia adhibeantur. Quantum fieri potest, cutis blando fotu molliatur ad calorem, & tensionem imminuendam. Ut autem nervorum motus convulsivi necem non afferant, duo peragenda incumbunt. Primum est curare ne motus convulsivi ex cute ad cerebrum propagentur: ad hunc finem cucurbitulae cum scarificatione apponenda iterum, atque iterum pluribus in locis, & quaerendum inter venenorum simili ratione agentium historias, quid ad tollendas nervorum convulsiones hoc in casu inservire posset. Alterum est facere, ut convulsio-num ex cerebro deinde provenientium impetus minuatur. Quandoquidem vero caput univrsum sanguine repletur (184), opportunum esse mihi videtur sanguinem immediate ex capite detrahere magna cucurbitula



bitula occipiti apposita, aut per hirudines ex temporalibus venis. Hæc porro sanguinis evacuatio aliquando utilis revera extitit, & convulsiones sedavit, sed alias nihilominus ægros interiisse adnotavi. Contigit etiam animadvertere copiosissimam sanguinis hæmorrhagiam vires quam maxime debilitantem, & capitis plenitudinem omnem auferentem minime prohibuisse, quin convulsiones ægros eriperent. Puto itaque capitis plenitudinem convulsionum periculum augere, sed præcipuam harum lethaliæ convulsionum causam ex simplici nervorum irritatione oriri, idcirco harum curationem potissimum pendere a correcto statu nervorum cutis. His animadversionibus fit, ut in opiatibus, & antispasmodicis exiguam omnino spem reponam, sed de horum usu a libi.

197. Necessum est hac in morbi periodo, ut ægri multa potatione reparent seri jacturam, quam faciunt insignis calor, & sudoris, ac urinæ vehementes expressiones &c.

198. Denique adhibenda sunt subacida, ut sunt aurantia, medica, & punica mala; acetosa, acetosella, aliaque similia, quibus misasmatis, & humorum corruptiva indoles quodammodo corrigatur; fitis, & calor temperentur; sed hæc ea cautela præscribenda sunt,

sunt, ne nimis sanguinis motum uno impetu deprimant. Acida mineralia eo quod nimis valide sanguinis motum compescant, suspecta habeo, nisi parva dosi exhibita, multa aqua diluta, & partitis vicibus data. Corruptiva porro humorum indoles requirit non modo adhibitionem subacidorum, verum etiam ut corrupta alvo exonerentur, viam monstrante ipsa natura, quæ sæpe eo in casu cum ægri utilitate e corpore eliminat biliosa foetidissima. Purgantia efficacia, cum sanguinis impetum, & motum pustulas sustinentem ad interiora revocare possint, non conveniunt. Mitissima solum laudantur, quemadmodum sunt emollientes clysteres, serum lactis &c.

199. Hisce omnibus superaddendum est, quod eo tempore, quo post magnam morbi sævitiem (77) aliquo redeunte madore iterum pustulæ eminent, mitia diaphoretica locum suum habeant.

200. In casu ( 82. 83 ) curandum est, ut humorum per cutem circuitus expeditior reddatur per frictiones, cucurbitulas, fibrarum ( si earum vis torpeat ) per vesicantia irritationem, & demum per ea intus data remedia, quæ valent lymphæ fluiditatem donare. Cognitio autem peculiaris indolis humorum, & ægri constitutionis determina-



bit naturam attenuantium. Generatim eo in casu commendamus carduum benedictum, flores papaveris rhœados, bardanæ, & scorzonæræ radicem, scabiosam, scordium, flores sambuci, & inter reliqua camphoram penetrantissimæ attenuantis naturæ remedium, quod corruptioni quam maxime resistit. Quæ præterea tunc peragi debeant, ex dictis (192. 200) facile patebunt.

---

✻

CAPUT DECIMUMSEXTUM.  
*CURATIO MORBI SIMPLICIS.*

201. **S**implicissimum curandi methodus in simplici quoque convenit; sed aliquam sibi vindicat curationis partem morbus, cujus speciem exhibet miliarium miasma (95). Ea vero aptanda est naturæ morbi, sub cujus imagine primum miliarium miasma ferit. In genere notamus hæc varias ægritudines Rheumatismum (95), dolores, convulsiones &c. solum emollientibus, & venæ sectione mitigari, mittendique sanguinis copiam non determinari a solo morbo, cujus speciem exhibet, sed una a miliarium miasmate, quod postulat, ut paullo liberalius vena secetur (191).

202. Si



202. Si erysipelas morbum inchoet, generose mittendus sanguis est; præcipue si caput obsideat. Vix credibile quantus fiat tunc sanguinis impetus. Eo in casu plerumque repetit ex naribus hæmorrhagia cum ægri utilitate.

203. Curatio per evacuantia (190) instituenda est eo tempore, quo morbus, cujus speciem præfert, solvitur, & sudores urgent. Feliciter hanc curationem etiam in simplici morbo cessisse expertus affirmo. Diligenter, citoque humores fluidos faciat Medicus, eademque diligentia, quo momento solvitur morbus, extraordinaria methodo (190) æger pertractetur. Post pustularum expulsionem, sicuti simplicissimus (192.200), curandus est.


---

## CAPUT DECIMUMSEPTIMUM.

### CURATIO MORBI COMPLICATI.

#### *Generatim.*

204. **I**N curatione complicati morbi cavendum est, ne remediis, quæ adjuncto morbo medentur, sudores, & perspiratio propellantur, & cito nimis miliarium miasma ad cutem urgeatur. Oportet ideo bene



bene, attenteque expendere morbi consociati naturam, & succurrere ea methodo, quæ bono miliarium progressui non officiat. Quod vero spectat ad curationem (190) per evacuantia, ubi adjuncti morbi indoles permittat, ea utendum esse arbitramur. Ad hæc omnia statuenda multa requiritur Medici solertia, qui probe noscat conjuncti morbi magnitudinem, miasmatis agentis copiam, videatque, quidnam magis urgeat.

*Cum Arthritide, & Podagra.*

205. Neminem latet arthritica, & podagrica laborantes homines infirmitate magnam non sine acrimonia salina lymphæ visciditatem habere, & hanc prohibitorum suo tempore fore convenientem pustularum eruptionem. Quæ quum ita sint, sequitur miliarium miasma non esse ulla ratione ad cutem propellendum, & assidue datis remediis liquorum diathesim immutandam. Hoc perficitur usu diluentium, & attenuantium specificorum, uti sunt chamæpitys, centaurium minus, chamædryes, bardanæ radix, menyantes, serum lactis &c. Liberalius secta vena hoc in casu nocet, quia vires servandæ sunt; tum ob morbi diuturnitatem; tum, ut una adhibitis remediis attenuari viscidum humores possint; & ut vires supersint, quibus natura

tura ad expulsionem sufficiat. Nullas adhuc habeo de usu evacuantium (190) in hac morbi complicatione observationes. Existimarem interdum utilem hanc curandi rationem exituram, adhibendamque esse, posteaquam per attenuantia tenuitas lymphæ data sit: miliarium autem miasmatis per purgantia educationi magis fortasse accommodata erunt ea purgantia, quæ simili humorum diathesi magis se se opponunt e. gr. manna, gummi ammoniacum, polypodium &c. Curatio in altera periodo esse, debet pro vario (76. 82. 83) morbi exitu; sæpius erit uti (200) dictum est.


*Cum Pleuritide, & Peripneumonia.*

206. Hæc pluribus a legitima pleuritide, & peripneumonia recedit; instar tenuis erysipelatis, pulmonem afficit (99); in suppuratum non abit (103), & nisi blande solvatur, sphacelum prompte inducit (101). Duo itaque maxime timenda occurrunt, quorum primum est, si citam inflammationis resolutionem curet Medicus, præpropere miliarium eruptio; alterum est pulmonis sphacelus ex persistente inflammatione. Inter scyllam, & carybdim positus Medicus sollicite, quantum licet, inquiret in miasmatis copiam (121. 122. 124), inflammationem  
faci-



facientis sanguinis densitatem, & ægri constitutionem, ut decernat, ubinam periculi summa consistat. Generatim monemus hac in ægritudine cito, & larga manu mittendum sanguinem esse, & eundem plerumque coactum (167), attenuandum, tensaque solida (166) emollienda diluentibus, lenientibus, emollientibus. Mitiora acida, proptereaquod vim deleteriam miasmatis aliqua ratione corrigant, (145. 198) præscribenda mihi videntur, rob sambuci præ cæteris commendo, eo quod acido principio, & vi saponaria etiam juvare possit. Antiphlogistica conveniunt tum ad hujus inflammationis curationem, tum ut expulsiōnis tempus protrahatur. Hujus generis sunt nitrum, taraxaci, cichorei, fonchi, & similia herbarum succus. Si morbus pulmonis sphacælum minuetur (101), præter diluentia, & emollientia adhibendum efficacissimum attenuans remedium est, quo prompte malignus humor ex pulmone ad cutim propellatur, e. g. flores papaveris rhæados, flores sambuci, camphora nitro juncta, oxymel &c.

207. Quæ per evacuantia (190) instituitur miliarium morbi curatio, hac in complicatione locum habere interdum potest; atque administranda est eo tempore, quo mili-



miliarium miasma (99. 100) pulmonem deserit. Hac methodo (190) feliciter sine pustularum eruptione, aliove infortunio feminam curavi, quam pleuritis hæc corripuerat: eo autem momento, quo cum sudorum incremento sputa decolorabantur (99), purgans medicina statim exhibita fuit, non omissis subacidis.

208. Hæc pleuritis non est confundenda cum illa, quæ a practicis biliosa dicitur, & a bilis orgasmo fit. Doloris mobilitas pendet ex humoris inflammationem facientis mobilitate (169). Sputorum flavedo effectus est resoluti globuli sanguinei, & lympham sive humores alios inficientis.

*Cum Febre putrida.*

209. Febris putridæ cum miliarium morbo complicatio in prima periodo generatim requirit usum subacidorum, & attemperantium, qualia sunt taraxacum, cichoreum &c. Curandum interea etiam est clysterum maxime usu, ut alvi fluxus persistat. Sanguis parce mittendus est, atque eum maxime in scopum secari vena debet, ut præcaveatur, aut tollatur mesenterii, & intestinorum inflammatio. Prompte adveniens hoc in casu internæ inflammationis status (105) vetat usum purgantium efficaciorum. Quando




do miliarium miasma ad cutim a natura pellitur, in subacidorum, aliorumque attemperantium usu summa cum moderatione procedendum, & mitia diaphoretica una adhibenda, quæ juvent, & absolvant miasmatis expulsionem. In altera demum periodo, quid faciendum sit, ex dictis in curatione morbi simplicissimi eruatur.

*Cum Febris intermittentibus.*

210. Si febris intermittens cum miliarium morbo complicetur, statim ad corticem peruvianum confugiendum minime est. Miliarium enim miasma a cortice peruviano non corrigitur (188): statui vero inflammationis (168) vasorum lymphaticorum, & sanguineorum, qui proprius est miliarium morbi, nocet; neque tonicum, & corroborans hoc medicamenti genus permittit status tensionis fibrarum (166). Si igitur cum pulsu contracto, & duro (106) declinatio febris intermittens fit, & lymphatica vasa inflammari observetur, non e re esse putamus statim corticem peruvianum administrare, sed curandum est, ut diluentibus, venæ sectione &c. status inflammationis emendetur, quo peracto adhiberi china china poterit.

211. Plerumque morbus naturam intermittens febris deponit (106) explicito miliarium miasmate; sed interdum profequitur febris intermittens (107), minimeque gravis morbus videtur, at frigoris, horrore-ve tempore facile percussæ pustulæ maximum periculum afferunt. Duos robustos homines præter omnem expectationem simili modo ereptos observavi. Tunc autem quisque videt cordice peruviano succurrendum esse, ut malum exitum datura febris intermittens tollatur. Felix exhibitus iis in circumstantiis corticis peruviani exemplum habeo: Præcl. Paulus Werlhoff (n) chinæ chinæ usum consulit in febribus intermittibus, quibus sine febris continuitate accedant symptomaticæ peticulæ, aut purpura. Extra dubium itaque erit, si in casu (75), adfit febris intermittens illico chinam chinam esse adhibendam. Eadem autem asseverantia nequitquam affirmo talem instituendam intermittens febris curationem in statu (76), quo in casu intermittente excepta, cætera contraindicant. Postrema hæc complicatio mihi nondum occurrit, neque contingere posse videtur, eo quod febris continua

(n) *Observationes de febribus, Venetiis 1757. p. 305.*



nuā vehemens a multo miliarium miasmate excitata fermenti febrium intermittentium actionem turbet, & impediāt. Usque nunc vidi eo in casu intermittentem febrem in morbi vehementia disparere (106), & sub finem morbi redire.

212 Curationem per evacuantia (190) in miliarium cum intermittētib; complicatione peragi posse planum est ex dictis (190) & ipsa natura febrium intermittētib;. Hęc autem maxime utilis erit iis in regionibus, quę humili loco cum sint, & circumpositas habeant stagnantes aquas, intermittētib; non sine insigni humorum corruptione afficiuntur. In aëre Taurinensi, quem nullę stagnantes aquę, sed insignes caloris, & frigoris vicissitudines insalubrem faciunt, huiusmodi corruptivę indolis febres intermittētes frequentes non sunt. Spissitudo inflammatoria sanguinis non raro cum intermittētib; febribus consociatur, quę venę sectionem expostulat. Hęc nisi fiat, in continuam febrem degenerant, aut quotidianam, quam dolores, rheumatismi, atque varii decubitus ad varias partes sequuntur. Hinc sequitur apud nos ante purgantium usum sæpe sanguinem esse detrahendum.

*Cum Peticulis.*

213. Summe periculosa est miliarium cum peti-



peticulis complicatio; uterque enim morbus a sui generis miasmate pendet; quorum actio inter se plurimum discrepat. Peticularum miasma nervorum, & canalium actionem deprimit, uti ostendunt pulsus imbecillitas, virium prostratio, sensuum hebetudo &c. Miliarium autem venenum fibras, & nervos tendit, & ad agendum excitat. His constitutis patebit:

Cur ab actione miliarium miasmatis peticularum effecta immutentur.

Cur surditas recedat, & bombus in tintinum convertatur &c.

Cur peticulæ non sine aliqua elevatione sint, deinde miliarium miasmate vincente in pustulas abeant.

Cur pro varia utriusque copia &c. (109) varia sequi debeant.

Cur peticulæ minus frequentes in præsentiarum sint.

214. Peticularum venenum ad stasim gangranosam humores disponit; miliarium miasma ad inflammationem. Igitur miasmatis miliarium opportuna expulsio a peticularum veneno impediatur. Curationis ergo ratio ex utriusque diligenti consideratione pendet. Quam justo fieri potest æstimandum est, cujusnam miasmatis quantitas, & actio potissima sit, peticularum ne,

H 2


an



an miliarium. Illarum miasma exposcit, ut status solidorum, & fluidorum ab ipsis illatus, & congruam miliarium eruptionem prohibens corrigatur. Hæc dum fiunt, cavendum summopere est, ne diaphoreticis ad cutim cito propellatur, quod maxime exitiale est (109). Ergo in genere conveniunt mitia subacida, diluentia, corroborantia, & antiseptica, ex. gr. carduus benedictus, scordium, angelicæ, imperatorix radix, serpentaria virginiana, zedoaria, camphora &c., sed iterum & iterum monemus parva dosi esse calidiora antiseptica adhibenda, ne urgeant valide ad cutim. Sanguis liberalius, quam in simplici peticulari febre, detrahendus est.

215. Cum peticularum venenum, quod miliarium miasma retinet, per evacuationem educi non possit, neque talem methodum status sanguinis sæpe densi, & gangranosi permittat, mihi videtur hisce in circumstantiis methodum (190) non posse adhiberi. Si interim progrediente morbo alvus fluat, leniter hunc motum sustinere, aut etiam juvare oportebit.

216. Eo tempore, quo symptomata peticularum paullatim recedunt, se seque explicant (108) miliarium phænomena, sæpe, antequam expulsio perficiatur, mittendus  
iterum



iterum sanguis est; & tunc si facies morbi ex integro fit, (quod rarum admodum est), miliarium febris, tanquam miliaris morbus curandus est. Plerumque oportet in antisepticorum corroborantium (214) moderato usu adhuc perseverare.

*Cum Variolis.*

217. Variolarum seminium exigit, ut hujus miasmatis particulæ ad extrema sanguineorum cutis vasorum delatæ tumorem excitent, qui in suppuratum abeat. Miliarium interim miasma pustulas, & vesiculas excitat, quæ neutiquam abscedere possunt. Dum una igitur hæc miasmata miscentur, & agunt, utrorumque actio, & expulsio turbatur. Variolarum seminium vasorum sanguineorum inflammationem producens prohibet, quominus ad minima lymphatica vasa miliarium miasma perveniat: miliarium vero miasmatis actio fibras maxime tendens variolarum suppurationem impedit. Hoc pacto gangrænosam indolem sanguis acquirit; profunde inflammatur cutis; variolæ vix crescunt, nec suppurantur; cutis nervi a male erumpentibus pustulis continuo convelluntur &c. (110).

218. In tanto ægrorum periculo quid faciendum esset, utique video, sed efficax, qua

H 3

id præ-



id præstetur, medicina me latet. Maxime inflammatoria sanguinis constitutio desiderat V. S., emollientia, diluentia, attemperantia. Subacidis infringenda est gangranosa humorum conditio, & præcipue miliarium (utinam specificum adversus miliarium miasma innotesceret!). Nimia cutis tensio, difficilis tum variolarum suppuratio tum miliarium expulsio fotuum maxime emollientium usum exposcunt; sed his omnibus præfidiis potentior morbi atrocitatem fuisse usque nunc observavi.

*Cum Morbillis.*

219. Hac in complicatione quid præstare Medicus debeat, quisque videt; sanguinem nempe majori copia, quam in simplici morbillosa febre, esse detrahendum; attemperantia, & epiceraistica, mitiaque subacida esse præscribenda; methodum (190) in usum duci non posse; & in altera periodo sicuti simplicissimum, aut simplicem miliarium morbum curandum esse.

*Complicati cum Puerperio.*

220. Puerperium tantam ac in simplicissimo morbo sanguinis detractionem non patitur; lochiorum habenda enim maxima ratio est. Ut fluant, faciendum est inferiorum  
partium

partium frictionibus, fotu ad regionem uteri, & adhibitis iis remediis uterinis, quæ citra magnum calorem lochia pellunt, quemadmodum sunt *Camamelum, Artemisia, Tanacetum, Matricaria* &c. Methodus (190) a puerperio prohibetur; utiles erunt emollientes clysteres, quibus non solum alvus duci, sed uteri etiam dolores leniri possunt. Cætera eruantur ex curatione morbi simplicissimi.

---

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

ANIMADVERSIONES, ET CAUTELÆ  
CLINICÆ.

*De Præsiidiis Chirurgicis.*

221. **V**enæ sectio summe necessaria hac in ægritudine (191) non est inconsiderate instituenda, neque illorum scio probare curandi rationem, qui perinde ac si simplex inflammatorius morbus esset, sine alia consideratione sanguinem liberalissime educunt. Vires cum sanguine hoc pacto exhauriendo naturam ita debilitant, ut bonæ expulsionis amplius par non sit. Larga autem sanguinis missio generatim nocebit in simplici, & maxime in complicato morbo. Plu-



ries vidi propter exhaustas vires pleuriti-  
dem (99) resolvi non potuisse; sed partim  
ex sphacelo, partim ex humorum stasi bre-  
vi ægros occubuisse, pustulis pene nullis ap-  
parentibus. Heu nimium quidem apud  
nonnullos invecam esse consuetudinem vi-  
deo sanguinem profuse mittendi, ut boni ci-  
vis esse existimaverim serio eosdem hac de  
methodo admonere. Decies, & ultra ve-  
nam largiter hi secant in prima periodo ex-  
istimantes se posse hac ratione morbum ju-  
gulare, sed revera ægrum pro morbo jugu-  
lant. Definiri quidem non potest sangui-  
nis mittendi quantitas, quæ pro ratione di-  
versa & morbi, & ægri constitutionis, regio-  
nis, anni, temporis &c. varia esse debet; sed  
plerumque satis est robusto viro partitis vi-  
cibus quinquaginta circiter uncias sanguinis  
detrahere in simplicissimo morbo.

222. Si neglecta fuerit venæ sectio in  
prima periodo, & in alterius initio, aut pro-  
gressu pulsus maxime tensus, & durus per-  
sentiatur, sanguinem adhuc detrahi posse  
non dubitamus. Tunc autem necessum est  
partitis vicibus, & pedetentim vasa deple-  
re, ne ex prompta copiosa sanguinis edu-  
ctione, fracto versus cutem ejusdem impe-  
tu, pustulæ subsideant cum ægri detri-  
mento.

223. In altera periodo opportunum non est venam secare; gravia enim symptomata hujus periodi producuntur a cutis affectione, quæ per venæ sectionem non corrigitur. Ad caput deplendum cucurbitularum, hirudinum appositionem commendamus; non venæ sectionem propter metum retrocedentium pustularum, quod experientia pluries monstravit (141).


224. In usu cucurbitularum, frictionum, & fotuum diligentia adhibenda est, ne aëris frigidi aura gliscat ad ægri cutim, quæ pustularum depressionem parere posset. Fotus ideo administrantur per lintea calida, & humentia bene expressa, linteo sicco involuta, ne lecti lintea madescant, quæ frige facta maximi nocuenti esse queunt.

225. Vescicantia plures expostulant animadversiones, ut adhibendi rationem, & tempus, quantum nobis licet, decernamus. Pluries de vescicantium usu inter Medicos controversum est. Olim inter *Bernardinum Cajum* (o), & *Dominicum Terillum* (p) quæstio extitit. Contra *Alexandrum Massariam*

H 5 Her-

(o) *Bernardini Cati de vescicantium usu, Venetiis 1606. 4.*

(p) *Dominici Terilli de vescicantibus dilucida anti-logia, Venetiis 1607. 4.*



*Hercules Saxonia* (q) veficantium usum olim defendit. *Freindius* (r) veficantia pluri-  
mi fecit: *Baglivius* (s) maxime reformidavit.  
Acerrime demum de veficantium usu nuper-  
ime disputatum est inter *Præcl. F. Bianchi*,  
& *Adversarios* (t). *Baglivii* experimenta o-  
stendunt pulverem cantharidum venis infu-  
sum mortem afferre, & ex affuso eodem pul-  
vere sanguinem hominis sani in nigrum, &  
livescens serum tempore resolvi: si vero se-  
ro immisceatur, serum idem longe liquidius  
evadere. Contra *Baglivii* autem experi-  
menta faciunt accuratæ *Præcl. Josephi Verati*  
(u) observationes, quæ probant ex cantha-  
ridum, aliorumque similibus acrium com-  
mixtione cum sero, aut sanguine sanguinem,  
& serum cogi, & concrefcere, & diu in tali  
statu permanere. Videamus modo experi-  
entia duce, quid in tanta Auctorum dif-  
fensione statui possit.

226. Veficantium effectus ad capita qua-  
tuor reduci posse mihi videntur. 1.<sup>o</sup> soli-  
dorum, & nervorum irritationem 2.<sup>o</sup> feri  
ex

(q) *De Phenigmis libri tres.* Patavii 1593.

(r) *Cap. IX. de vefican-  
tibus.*

(s) *De usu, & abusu ve-  
ficantium.*

(t) *V. Raccolta di scrit-  
ture mediche appartenenti  
alla controversia de vefica-  
torj.* Venezia 1749. 4.

(u) *Comment. inst. scient.*  
*Bonon. t. 2. p. alt. p. 107.*




ex vesica educationem 3.<sup>o</sup> subsequens ulcus 4.<sup>o</sup> ad actionem particularum sanguinem subeuntium.

Solidorum, & nervorum irritatio duplex est. Una in parte, cui epispasticum applicitum fuit, altera ex communicatione nervorum generatim in toto corpore (147). Hæc autem solidorum irritatio huic morbo generatim non convenit, qui ex sua natura solida convellit. Si vis solidorum torpeat, in simplici, aut complicato morbo ad contractilem vasorum actionem excitandam adhiberi vesicantia poterunt.

Seri per vesicatorium educio nullius utilitatis esse videtur; imo vetari a nimia sanguinis condensatione, & seri expressione.

A vesicantibus relictum ulcus pustularum eruptionem non prohibet, nec immittit, venenum quoque hac via non educitur (147), nisi quando viscidæ lymphæ miasma inhæret. Et sane observamus fonticulos, & setacea, quorum vices supplent vesicantia, utilia esse, quando non tenuis, sed viscidus acris humor sit eliminandus. In complicato igitur morbo, potissimum in casu (98), juvabunt vesicantia.

Quid



Quid cantharides in homine vivo, quum ad sanguinem, & serum pervenerint, agant, theoretice inquirere nolo. Experientia ductus, video urinas ex cantharidum usu cieri, actionem vaforum excitari, hærentes humores in circuitum pelli (147), & attenuandi scopo a practicis adhiberi. Certum quoque est acria pleraque; & antiscorbutica efficaciora, causticis proxima, lentos, & residues humores solvere. His observationibus innixus existimo internam cantharidum actionem profuturam in casu (83. 98) & similibus: in casu autem (76) nullum vesicantibus locum fieri, quum eorum usum prohibeant cutis inflammatio, maxima nervorum tensio minima de causa in convulsionem evadens, & urinarum profusio. In simplicissimi etiam morbi prima periodo noxa non carere opinor, eo quod sine ullo emolumento vaforum contractionem adaugeant, & eruptionem sollicitent.


227. Addam nonnulla de sinapismis, quæ præscripta quandoque vidi, etiam in statu (76). Sævum hoc tormenti genus fere nunquam imperari posse mihi videtur: at in casu suscitato (76) omnino perniciosum propter ardentem febrim, & statum ægri, ex calore & inquietudinibus omnino furentis.

*De*

*De Medicamentis nonnullis.*

228. In nitri abusum primum dicam, & illos, qui omni tempore indiscriminatim eodem utuntur. Nitrum sanguinis impetum cohibet, & aquei lotii copiam sollicitat. Suspectum idcirco ejusdem usum habeo, dum pustulæ erumpunt, nisi vehemens sanguinis, & bilis potissimum impetus attemperantia, & quæ compefcunt, expostulet. Si viscidæ lymphæ miasma adhæreat, non recte etiam præscribi nitrum opinor. Prima perodus plerumque nitri usum permittit, sed in altera caute hoc præfidii genus imperandum. Quæ de nitro dicta sunt, de acidis mineralibus monita intelligantur.

229. Diaphoretica, quando adhiberi possunt, ex iis, quæ tradita fuere in curatione morbi simplicissimi, simplicis, & complicati, jam liquido constat. Nunc tantum animadvertemus efficacissima diaphoretica hac in ægritudine non convenire. In prima periodo eruptionem promptiorem in ægri detrimentum faciunt: in altera vero febrim, calorem &c. adaugent, sanguinem maxime exagitant, & morbum intendere possunt. Per diaphoretica potentiora olim tractabatur hic morbus, nunc omnium pene consensu exitialis hæc methodus exolevit.




230. Absorbentium usum nonnulli adhuc tenaciter tenent; pulchro absorbentis medicinæ nomine inducti putant se posse venenum hac ratione absorbere, & infringere. Incomparabilis *Boerhaave* horum remediorum inutilitatem monuit, & Præcl. *Ludovicus Tralles*, qui absorbentium vires accurato examini subiecit (x), ostendit eadem potissimum agere in primis viis. Sed insuper absorbentium nonnulla nocua evidenter hoc in morbo esse debent, eo quod vim habeant putrefacientem (y): corruptivæ autem naturæ (171. 172) miliarium miasma fit.

231. Opium non sine magna circumspeditione dandum est, sæpiusque nocet, quam profit. Indoles morbi ad inflammationem proclivis, status cutis inflammatorius in altera periodo, capitis plenitudo (184) opii usum non permittunt; neque convulsiones, cum pendeant ex nervorum cutis irritatione tanquam ex spina cuti infixæ, opii auxilio tolluntur (152); in morbo autem complicato (98.99 &c.),

(x) *Vitium, quæ terreis armées Sc. tom. 2. p. 209. remediis gratis hætenus adscriptæ sunt, examen rigorosius, Uratislavia 1740.* lapides cancerorum, testacea, & cretam putrefactionem maxime juvare experimentis probat.

(y) *Pringle maladies des*



&c.), ficuti etiam in ftatu (82) omnino perniciofus eft opii ufus.

*De Regimine Diætetico.*

132. Multum confert ad bonum morbi exitum aëris conditio. Vapores affidue ab ægri corpore exeuntes brevi aërem vitiant, & refpirationi ineptum reddunt; renovandus ergo hic erit. Calidus aër in prima periodo fudores promovet, & ægrum debilitat; in altera periodo æftum, anxietates, febrim auget. Frigidus puftulas repercutit, quod fumme perniciofum eft. Requiritur itaque quædam moderatio, temporis, & ægri conftitutioni accomodata.

233. Podus in altera periodo nunquam detur frigidus; ex frigore enim mobiliffimi eo tempore nervi facile concutientur cum quodam horrore, & puftularum fubfidentia.

234. Cibum apud Noftates plerumque conftituunt jufcula carnis vitulina, quæ libræ unius pondere fingulis tribus horis exhibentur. Planum eft pleniorem victum dandum effe in puerperio; quando morbus diu trahitur; & cum declinare incipit. Tempeftatis, confuetudinis &c. ratio quoque habenda eft. Singula hæc Medicus, prout opportunum exiftimabit, pro re nata decernet.



235. Lintea, & indusia mutanda non sunt, postquam pustulæ apparuerunt; sero etiam in fine morbi abijcienda; nisi enim accurate custodiatur perspiratio quando cuticula squammatim decidit, morbus temporis successu facile renascetur.

Si lintea multo sudore imbuta molesta ægris evadunt frigus quoddam excitando, quod pustulis maxime inimicum est, in tali rerum conditione nova substituuntur. Id fiet magna cum circumspectione, & caveatur, ne lintea nimis calida cutis omnem madorem exugant. Ob eandem rationem minime probamus eorum usum, qui linteorum madorem excafactorio fugare solent; non modo enim lintea, sed cutim etiam ægrorum siccant. Si tempestatis conditio, & ægri status tale auxilium velit, moderatissime caleat excafactorium, ut nimium linteorum madorem tantummodo dissipet, aut frige facta lintea calefaciat.

236. Curetur denique, ne animus ira commoveatur, mœrore conficiatur, aut timore torqueatur. Nam summe mobilis, præcipue in altera periodo, nervorum status convulsiones parere, & pustularum retrocessionem facere potest.

CAPUT

## CAPUT DECIMUMNONUM.


CURATIO MORBORUM SUCCE-  
DENTIUM.

237. **D**ifficilis post morbum sudatio hæ-  
rentem in minimis cutis vasis hu-  
morem indicat, eaque vincitur frictionibus,  
tepidoque balneo, & corporis exercitio.

238. Vari, furunculi, & similia pustula-  
rum genera morbum consequentia motus  
naturæ sunt morbi reliquias expellentis, quos  
Medicus juvabit externe frictionibus, tepi-  
do balneo; interne vero attenuantibus, &  
corroborantibus, ut incongrua materies ex  
integro eliminetur. Ad hunc finem adhi-  
bentur vipera, radix chinæ, falsaparilla, sca-  
biofa, bardanæ radix &c.

239. Facilis ex quocumque motu sudatio  
si nascatur ex sola vasorum debilitate, pro-  
derunt frictiones, & balnea minimum tepi-  
da, & corroborantia; verum si superstes a-  
liqua miasmatis copia eam foveat, nocebit  
balneum frigidum, & colenda accurate erit  
perspiratio.

240. Memorix infirmitas, & nervorum  
mobilitas euchimum cibum, facilisque con-  
coctionis, corporis exercitium, & modera-  
tam defatigationem, animi tranquillitatem,  
I rusti-



ruficationem, aëris puri ufuram, fricções, oleofa nervina, & fæpe quæ humorum acrimoniam obtundere poffunt, requirit.


241. Rheumatifmus iis fæpe advenit, quorum lympha vifcido-falina eft: eo autem in cafu confert lacte, fero lactis, aliisque fimilibus humorum muriaticam indolem corrigere, & eorum vifciditatem folvere mitibus attenuantibus; folida emollire balneo; vafa demum aperire thermarum fuphurearum ufu.

242. Si permanentia fimptomata convulfiva (73) aliquam adhuc miasmatis copiam refiduam fupereffe indicaverint, nihil opportunius erit, quam diutiffimus tepidi balnei ufus; juvabunt quoque, quæ (238) indicavimus.

243. Quæ varia fequi poffunt ex diverfa ægrorum constitutione, & morborum complicationibus prætermittimus, ne opellæ hujus limites pertranfeamus. Quid præftandum iis in cafibus fit ex confideratione miliarium morbi (237-242) & ex cognita natura morbi complicati, ejusque effectuum deducatur.

CAPUT






## CAPUT VIGESIMUM.

## PROPHYLAXIS.

244. Prophylaxis innititur aëris puri, & æqualis, nec non cœli calidioris usuræ (60), corporis exercitio (61), summæ perspirationis curæ (64), subacidorum (145. 188), & alvum lenientium (190) usui, & demum remediis, ac victui sanguinis, & lymphæ (189) visciditatem, & densitatem præcauentibus.

F I N I S.






CAPUT VICESIMUM

PROPHYLAXIS

244. Prophylaxis inquit sive curatio & re-  
 dactio, sive non casti caliditas in  
 quibus, corporis exercitio (a) humore  
 periculis (b) (c) (d) (e) (f) (g) (h) (i) (j) (k) (l) (m) (n) (o) (p) (q) (r) (s) (t) (u) (v) (w) (x) (y) (z) (aa) (ab) (ac) (ad) (ae) (af) (ag) (ah) (ai) (aj) (ak) (al) (am) (an) (ao) (ap) (aq) (ar) (as) (at) (au) (av) (aw) (ax) (ay) (az) (ba) (bb) (bc) (bd) (be) (bf) (bg) (bh) (bi) (bj) (bk) (bl) (bm) (bn) (bo) (bp) (bq) (br) (bs) (bt) (bu) (bv) (bw) (bx) (by) (bz) (ca) (cb) (cc) (cd) (ce) (cf) (cg) (ch) (ci) (cj) (ck) (cl) (cm) (cn) (co) (cp) (cq) (cr) (cs) (ct) (cu) (cv) (cw) (cx) (cy) (cz) (da) (db) (dc) (dd) (de) (df) (dg) (dh) (di) (dj) (dk) (dl) (dm) (dn) (do) (dp) (dq) (dr) (ds) (dt) (du) (dv) (dw) (dx) (dy) (dz) (ea) (eb) (ec) (ed) (ee) (ef) (eg) (eh) (ei) (ej) (ek) (el) (em) (en) (eo) (ep) (eq) (er) (es) (et) (eu) (ev) (ew) (ex) (ey) (ez) (fa) (fb) (fc) (fd) (fe) (ff) (fg) (fh) (fi) (fj) (fk) (fl) (fm) (fn) (fo) (fp) (fq) (fr) (fs) (ft) (fu) (fv) (fw) (fx) (fy) (fz) (ga) (gb) (gc) (gd) (ge) (gf) (gg) (gh) (gi) (gj) (gk) (gl) (gm) (gn) (go) (gp) (gq) (gr) (gs) (gt) (gu) (gv) (gw) (gx) (gy) (gz) (ha) (hb) (hc) (hd) (he) (hf) (hg) (hh) (hi) (hj) (hk) (hl) (hm) (hn) (ho) (hp) (hq) (hr) (hs) (ht) (hu) (hv) (hw) (hx) (hy) (hz) (ia) (ib) (ic) (id) (ie) (if) (ig) (ih) (ii) (ij) (ik) (il) (im) (in) (io) (ip) (iq) (ir) (is) (it) (iu) (iv) (iw) (ix) (iy) (iz) (ja) (jb) (jc) (jd) (je) (jf) (jg) (jh) (ji) (jj) (jk) (jl) (jm) (jn) (jo) (jp) (jq) (jr) (js) (jt) (ju) (jv) (jw) (jx) (jy) (jz) (ka) (kb) (kc) (kd) (ke) (kf) (kg) (kh) (ki) (kj) (kk) (kl) (km) (kn) (ko) (kp) (kq) (kr) (ks) (kt) (ku) (kv) (kw) (kx) (ky) (kz) (la) (lb) (lc) (ld) (le) (lf) (lg) (lh) (li) (lj) (lk) (ll) (lm) (ln) (lo) (lp) (lq) (lr) (ls) (lt) (lu) (lv) (lw) (lx) (ly) (lz) (ma) (mb) (mc) (md) (me) (mf) (mg) (mh) (mi) (mj) (mk) (ml) (mm) (mn) (mo) (mp) (mq) (mr) (ms) (mt) (mu) (mv) (mw) (mx) (my) (mz) (na) (nb) (nc) (nd) (ne) (nf) (ng) (nh) (ni) (nj) (nk) (nl) (nm) (nn) (no) (np) (nq) (nr) (ns) (nt) (nu) (nv) (nw) (nx) (ny) (nz) (oa) (ob) (oc) (od) (oe) (of) (og) (oh) (oi) (oj) (ok) (ol) (om) (on) (oo) (op) (oq) (or) (os) (ot) (ou) (ov) (ow) (ox) (oy) (oz) (pa) (pb) (pc) (pd) (pe) (pf) (pg) (ph) (pi) (pj) (pk) (pl) (pm) (pn) (po) (pp) (pq) (pr) (ps) (pt) (pu) (pv) (pw) (px) (py) (pz) (qa) (qb) (qc) (qd) (qe) (qf) (qg) (qh) (qi) (qj) (qk) (ql) (qm) (qn) (qo) (qp) (qq) (qr) (qs) (qt) (qu) (qv) (qw) (qx) (qy) (qz) (ra) (rb) (rc) (rd) (re) (rf) (rg) (rh) (ri) (rj) (rk) (rl) (rm) (rn) (ro) (rp) (rq) (rr) (rs) (rt) (ru) (rv) (rw) (rx) (ry) (rz) (sa) (sb) (sc) (sd) (se) (sf) (sg) (sh) (si) (sj) (sk) (sl) (sm) (sn) (so) (sp) (sq) (sr) (ss) (st) (su) (sv) (sw) (sx) (sy) (sz) (ta) (tb) (tc) (td) (te) (tf) (tg) (th) (ti) (tj) (tk) (tl) (tm) (tn) (to) (tp) (tq) (tr) (ts) (tt) (tu) (tv) (tw) (tx) (ty) (tz) (ua) (ub) (uc) (ud) (ue) (uf) (ug) (uh) (ui) (uj) (uk) (ul) (um) (un) (uo) (up) (uq) (ur) (us) (ut) (uu) (uv) (uw) (ux) (uy) (uz) (va) (vb) (vc) (vd) (ve) (vf) (vg) (vh) (vi) (vj) (vk) (vl) (vm) (vn) (vo) (vp) (vq) (vr) (vs) (vt) (vu) (vv) (vw) (vx) (vy) (vz) (wa) (wb) (wc) (wd) (we) (wf) (wg) (wh) (wi) (wj) (wk) (wl) (wm) (wn) (wo) (wp) (wq) (wr) (ws) (wt) (wu) (wv) (ww) (wx) (wy) (wz) (xa) (xb) (xc) (xd) (xe) (xf) (xg) (xh) (xi) (xj) (xk) (xl) (xm) (xn) (xo) (xp) (xq) (xr) (xs) (xt) (xu) (xv) (xw) (xx) (xy) (xz) (ya) (yb) (yc) (yd) (ye) (yf) (yg) (yh) (yi) (yj) (yk) (yl) (ym) (yn) (yo) (yp) (yq) (yr) (ys) (yt) (yu) (yv) (yw) (yx) (yy) (yz) (za) (zb) (zc) (zd) (ze) (zf) (zg) (zh) (zi) (zj) (zk) (zl) (zm) (zn) (zo) (zp) (zq) (zr) (zs) (zt) (zu) (zv) (zw) (zx) (zy) (zz)

F. I. N. I. S







ULB 1224

ULB Halle  
005 310 997


3



Sb

M.C.





B.I.G.

Farbkarte #13

# TRACTATIO

## DE MILIARIUM

ORIGINE, PROGRESSU,  
NATURA, ET CURATIONE,

AUCTORE

CAROLO ALLIONIO,

*Phil. & Med. Doct. Taurinensi Societ. Reg.  
Londin. Instit. Scienti. Bonon. Acad. Reg.  
Madrit., & Societ. Physico-Botan. Florent.  
Socio, nec non Societ. Reg. Monspel., &  
Gotting. Correspondenti.*



EDITIO NOVA EMENDATIO.

JENÆ & LIPSIAE  
APUT IO. CHRISTIANUM FISCHERUM, 1772.